# SENATVS ROMANVS, QVI FVERIT AVGVSTI TEMPORIBVS.

---

**DISSERTATIO INAVGVRALIS**

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE

**FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI**

SCRIPSIT

**FRIDERICVS FISCHER**

BEROLINENSIS.

---

PROMOTIO SOLLEMNIS HABEBITVR:

DIE 14. MENSIS MARTII 1908.

LANE MEDICAL LIBRARY
SAN FRANCISCO

Quamquam senatus Romanus, qualis fuerit libera republica, labore studioque Willemsii (Le sénat de la république Romaine) et P. Ribbeckii (Senatores Romani, qui fuerint Idibus Martiis a. a. u. c. 711. Diss. Ber.) satis exploratus est, tamen de senatoribus insequentis aetatis imperatoriae adhuc non est quaesitum. Itaque Ottone Hirschfeldio auctore, qui fuerit senatus Romanus Augusti aetate, spectare conatus me paullum quidem ad senatus Romani res contulisse spero. Quod opus satis perfici non potuit nisi benignitate et H. Dessaui, qui collectanea sua perspicienda comiter mihi dabat, et O. Hirschfeldii, quo fautore atque studiorum rectore semper frui mihi licuit.

I, II et cetera = Corpus inscriptionum latinarum I, II etc.

C. I. Gr. = Corpus inscriptionum graecarum.

C. I. A. = Corpus inscriptionum atticarum.

Abele = Abele: „Der Senat unter Augustus".

App. b. c. = Appianus: „bella civilia".

Babelon = Babelon: „Monnaies de la république Romaine".

Borghesi = Borghesi: „Oeuvres".

Cohen = Cohen: „Médailles impériales".

Drumann = Drumann: „Geschichte Roms in seinem Übergang von der republikanischen zur monarchischen Verfassung."

Eckhel = Eckhel: „Doctrina nummorum".

Gardthausen = Gardthausen; „Augustus und seine Zeit".

Marquardt R. St. V. = Marquardt: „Römische Staatsverwaltung".

Mionnet = Mionnet: „Descriptions des médailles antiques grecques et romaines".

Mommsen Mon. Anc.$^2$ = Mommsen: „Res gestae divi Augusti ex monumentis Ancyrano et Apolloniensi". iterum editum est.

Mommsen R. M. W. = Mommsen: „Geschichte des römischen Münzwesens".

Mommsen R. St. R. = Mommsen: „Römisches Staatsrecht".

Prosop. vel Pros. = „Prosopographia imperii Romani"; ediderunt Klebs, H. Dessau, P. v. Rhoden.

Ribb. = Ribbeck: „Senatores Romani, qui fuerint Idibus Martiis anni ab urbe condita 710".

Sitz. d. berl. Ak. = Sitzungsberichte der berliner Akademie der Wissenschaften.

A Libera republica exeunte senatus Romanus tantum accreverat, ut sua compositione se tamquam columen dyarchiae principis adiutorem ab officii religione non declinaturum esse fidem non nisi minimam afferret[1]). Ideoque pugna Actiaca commissa Octaviano maximae erat curae, ut fortioribus remediis senatum idoneum faceret, qui ipsi in republica gerenda neque consilio neque opera deesset.

Quamquam et Mommsenus[2]) et novissimis temporibus Abele[3]) de Augusti senatus lectionibus tractaverunt, tamen mihi, cum illa disceptatio alicuius momenti sit, nonnulla eadem de re quaerere liceat.

Cum Augustus de imperio suo rationem reddens se senatum ter legisse[4]) dicat, Cassius Dio magnopere discrepans senatum Augusti aetate annis 725/6 = 29/8[5]), 736/18[5]), 741/13[5]), 743/11[5]), 757/4[5]) purificatum tradit, eiusdemque narrationem Suetonius annis non nominatis ex parte confirmat, haud dubie lectiones annorum 725/6 = 19/8, 736/18, 757/4 prodens[6]).

---

[1]) Gardthausen: „Augustus und seine Zeit" I p. 573. Mommsen R. St. R. II[3] p. 848p. 945/6.

[2]) Mommsen: Mon. Anc. ed II p. 35. cf. Ed. Meyer Hist. Zeitschrift 91 (1903) S. 415.

[3]) „Der Senat unter Augustus" (Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums 1907. I p. 7).

[4]) Mon. Anc. lat. II, 1. 2. gr. IV, 10. cf. O. Hirschfeld Wien. Stud. VII (1885) p. 170 seq.

[5]) Dio: LII, 42; LIII, 1; LIV, 13; 26; 35; LV, 13.

[6]) vit. Aug. 35, 37. cf. Mommsen Mon. Anc.[2] p. 35.

(A) Mommsenus igitur, Dione tantopere ab Augusto dissentiente eius relationem suspicans, senatus lectionem anni 741/13 omnino repudiavit [1]) eumque secutus Abele [1]) illius lectionis ne ullam quidem mentionem fecit. Atque vero cum apud Dionem l. c.: „... ἐκ δὲ τούτου ἐξέτασις αὖθις τῶν βουλευτῶν ἐγένετο ... τότε δὲ αὐτὸς [sc. ὁ Αὔγουστος] πάντας αὐτοὺς ἐξήτασε ... τοὺς δὲ ἐντός τε τῆς ἡλικίας [35 ann.] ὄντας καὶ τὸ τίμημα ἔχοντας βουλεῦσαι κατηνάγκασε“ legamus, illa quoque lectio certe maximi tum fuit momenti. Plane porro Mommsenus, quod Dio l. c. de lectione senatus anni 743/11 tradidit, improbavit; hanc lectionem verbo tantum commemoratam ficticii census partem cum eo concidere.

Illud a Mommseno de Dionis relatione iudicium adhibitum inde est ortum, quod Dionem quoque lectiones senatus lege publica censurae partes cum iis esse coniunctas tenuisse putavit [2]). Quae illius viri doctissimi coniectura, ut, quod Abele iam hac de re dilucide expedivit [3]), praetermittam, etiam propterea est caduca, quia Dio, si Augustus lectiones annorum 725/6 = 29/8, 736/18, 743/11 tantum ordinarias habuisset, ut Mommsenus statuit (l. c.), cum illis quoque annis secundum eius narrationem census acti essent, non minus lectionem a. 741/13 quam anni 757/4 extraordinariam appellare debuit. Deinde non est verisimile eundem rerum scriptorem lectionem a. 736/18, quam a senatoribus ipsis habitam Augustus tantummodo finiebat [4]), ordinariam duxisse. Quae cum ita sint lectiones senatus annorum 725/6 = 29/8, 736/18, 741/13, 743/11, 757/4, Dione ordinarias et extraordinarias, ut vidimus, non discernente, re vera fuisse videntur, praesertim cum Augustum saepius quam ter senatum emendavisse constet“ [5]).

---

[1]) Mon. Anc.[2] p. 35 A. cf. Sen. unter Aug. p. 16.
[2]) Mon. Anc.[2] p. 35.
[3]) Sen. u. Aug. p. 8 seq. cf. p. 48.
[4]) Dio LIV. 13: „αὐτός τε τὰ λοιπὰ ἀνελέξατο“.
[5]) Mommsen R. St. R. II[3] 946, 1. 947, 2.

(A) Deinde est respondendum hoc loco illi quaestioni difficillimae, quas illarum senatus purificationum per Dionem traditarum Augustus respiciens: „Senatum ter legi“ scripserit. Neque enim, quod Abele a principe lectiones a. 725/6, 736, 743 commemoratas censuit [1]), nemini esse dubium puto. Nam mea quidem sententia fieri non potest, ut Augustus non magis purificationem anni 725/6 = 29/8, quae ab eo una cum Agrippa peracta est, in trium lectionum numero rettulerit quam anni 736/18, cui non nisi summam manum, ut ita dicam, imposuit [2]). Nam profecto hanc lectionem respiciens se senatum legisse dicere non potuit.

Res cum ita se habeat, Mommsenus, ni forte Augustus lectiones annorum 725/6 = 29/8, 741/13, 743/11 spectavit, non sine probabilitate coniecisse mihi videtur etiam annis 746/8 et 767/14 lectiones esse institutas [3]), quas Augustus ut cum censu coniunctas et consulari potestate [4]) actas una cum purificatione a. 725/6 = 29/8 memoriae prodere non dubitabat. Quod si recte coniectatum est, Dio has lectiones ut leviores omisit.

Utcumque est, omnia quae de senatus purificationibus Augusti aetate habitis tradita sunt pergmagnam illius ordinis commutationem indicant, quam diligentius inspexisse non sine quadam utilitate erit.

Quod ut facilius fieri possit, senatorum series, quantum potui, annorum 723/31, 727/27, 747/7, 767/14 composui. Singulis igitur annis, qui circa intra decem annorum spatium antea posteave senatores traditi sunt, enumeravi. Cum autem primis Augusti temporibus accuratius terminari opus esset et ad a. 723/31 praeter illos, qui intra annos 713 et 723 senatores proditi sunt, et ad a. 727/27 praeter eos, qui inde ab a. 727 ad a. 737 nomi-

---

[1]) Sen. u. Aug. p. 12.

[2]) Dio LIV, 13.

[3]) Mon. Anc.[2] p. 36.

[4]) Mon. Anc. lat. II 1, 2; 5, 6; 8, 9 = gr. IV 10—12; 16—19; 21—23.

B, 1, a) nantur, nullos addidi, nisi qui haud dubie tum senatui intererant. Sed multo liberius terminos, quod ad annos 747/7 et 767/14 pertinet, protuli, quoniam illis ipsis temporibus Romanorum senatus instrumentum quasi principis plane fuit iam sedatus et pacatus.

Priusquam enumerationis initium facio, venia mihi est petenda, quod nonnumquam nimis contorte egisse videor, ut virum quendam, quem Augusti temporibus senatui interfuisse constabat, uni quattuor serierum insererem. Sed illarum integritatem quam maximam consequens me ne minimas quidem ansas contemnere debere putavi.

, 1, a. Anno 723/31 senatores fuerunt

## I. Certi:

### Consulares.

1) C. Julius C. f. Caesar (antea C. Octavius, postea Imperator Caesar Divi f. Augustus).

A. 723/31 cos. III. (Suet. vit. Aug. 26. Dio ind. ll. L. LI. C. I. L. I² p. 160 alibi).

Prosop. II nr. 140.

2) M. Antonius M. f. M. n. (III v. r. p. c.)

A. 723/31 cos. III (Cohen I² p. 35 n. 1, 11, 80, 81. Babelon I 198, 205.) mortem sibi conscivit (cf. Drumann I² p. 363).

3) M. Aemilius M. f. Q. n. Lepidus.

A. 712/42 cos. II (C. I. L. I² p. 63, 158. Dio XLVII, 16. alibi). Triumvir reipublicae constituendae ex a. d. V. Kal. Dec. a. 711 usque ad pridie Kal. Jan. a. 717 (App. b. c. IV, 7. Suet. Aug. 27). Quamquam post a. d. III Non. Sept. a. 718 in republica nihil valebat (Gardthausen: Aug. u. s. Zeit I p. 277 seq. Drumann I² p. 16), tamen loco senatorio motus non erat (cf. Dio LIV, 15). Aut

(B. 1, a.) exeunte a. 741/13 aut ineunte a. 742/12 diem supremum obiit. (Dio LIV. 27. Mon. Anc. II. 23. cum adn. Mommseni ed. II. p. 45). Prosop. I nr. 246.

4) Cn. Domitius M. f. M. n. Calvinus.

Cos. ord. a. 701/53 (Dio ind. l. XL. C. J. L. p. 156/7), cos. II a. 714/40 (Dio ind. l. XLVIII. Eph. ep. I p. 215. C. J. L. I² p. 64. 158/9. I² p. 50. VI, 1301). A. 718/36 ex Hispania triumphavit (C. J. L. I² p. 50). Frater Arvalis a. 733/4 (C. J. L. VI, 4 n. 32338 cf. Hula: Arch. epigr. Mitt. XV p. 23 seq. Bormann: Festschrift für O. Benndorf p. 283). Magister fratrum Arvalium inter a. 742 et 767 (C. J. L. VI p. 626. I² p. 214. Bormann l. c). Prosop. II. 120.

5) M. Valerius Messalla.

Cos. ord. a. 701/53 (I² p. 156/7). Dio ind. l. XL, XL, 17. Plut. Pomp. 54). Augur per 55 annos (Macrob. Saturn. I. IX, 14). Cum augures consulares vel certe praetorios fuisse constet (Ruggiero Diz. epigraf. I p. 790 seq. Marquardt Röm. St. Verw. III² p. 399.) et hic Valerius post a. 693/61 demum praetor fuerit (Halm ad Cicer. Pro Sulla c. 42) usque ad a. 748/6 certe vixit.
Pros. III. 87.

6) C. Carrinas C. f.

A. 711/43 cos. suff. (I² p. 64. 158. Dio XLVII, 15). Bello contra S. Pompeium gesto tres Caesaris legiones rexit (App. b. c. V, 112). Morinis devictis a. 726/28 ex Gallis triumphavit. (Dio LI, 21 I² p. 76).
Pros. I. 375.

7) L. Munatius L. f. L. n. L. pron. Plancus.

Cos. ord. a. 712/42 (Dio ind. l. XLVII, XLVII, 16. Zonar. X, 18. I² p. 64, 158/9). A. 722/32 ab Antonio ad Caesarem transiit (Vell II, 83. Plut. Ant. 58 Dio L, 3.). Illo auctore Caesar a. 727/27 Augustus appellatus est (Vell II, 91, Suet. Aug. 29. Mon. Anc. VI. 13 alibi). Cum Paullo Aemilio Lepido a. 732/22 censura functus

1, a.) est ($I^2$ p. 64/5. 68. Vell. II, 95. Dio LIV, 2. Sueton Claud. 16, Nero 4. Val. Max. VI, 8,5. Plin h. n. XIII, 25).
Pros. II. 534.

8) C. Asinius Cn. f. Pollio.

Cos. ord. a. 714/40 ($I^2$ p. 60, 64/5, 158/9 X 5159. Dio ind. l. XLVIII). A. d. VIII kal. Nov. a. 715 ex Parthineis triumphavit ($I^2$ p. 50. Florus II, 25. Dio XLVIII, 41 alibi). A. 729/25 et 737/17 senatus consulto adest (Sitz d. berl. Ak. 1889. p. 966. VI 877. a.) A. 758/5 mortuus est (Hieronymus chron. ad. a. Abr. 2020. Sen. controv. IV praef. V. Tac. dial. 17). Pros. I. 1025.

9) P. Canidius P. f. Crassus.

Antonii amicissimus (Sen. suas. VII. 3. Gardth. Aug. u. s. Z. p. 341/5). Cos. suff. a. 714/40 ($I^2$ p. 60. 64/5. 158). A. 723/31 copiis pedestribus Antonii praefuit. (Vell. Pat. II 85,2. Plut. Ant. 63.) Paullo post pugnam Actiacam mortem sibi conscivisse videtur (Vell. Pat. II 87,3). Ribb. 74.

10) L. Marcius L. f. C. n. Censorinus.

Antonii familiaris (cf. Gardth. p. 182). Cos. ord. a. 715/29 ($I^2$ p. 158. Dio. XLVIII 34. alibi). XV s. f. a. 737/17 (Eph. ep. VIII p. 238, 241). Pros. II. 164.

11) C. Calvisius C. f. Sabinus.

Cos. ord. a. 715/39 ($I^2$ p. 65. 158/9. Dio ind. l. XLVIII. XLVIII, 34). A. 726/28 ex Hispania triumphavit ($I^2$ p. 77). Postero anno viam Latinam reficiendam curavit (X 6895/7. 6899—6901. cf. Suet. Aug. 30. Muenzer ap. Paul. Wiss. R. E. III col. 1412). Pros. I. 287.

12) C. Norbanus C. f. Flaccus.

Cos. ord. a. 716/38 ($I^2$ p. 158/9. Dio XLVIII, 43. ind. l. XLVIII). Non multo post pugnam Actiacam proconsul Asiae fuit (Philo leg. ad C. p. 592. Jos. ant. XVI. 6. 3. 7. Waddington fast. n. 50). Vel idem XV v. s. f. a. 737/17 (acta lud. saec. Eph. ep. VIII) vel C. Norbanus cos. a. 730 (cf. nr. 166). Pros. II. 135.

(B, 1, a.) 13) M. Vipsanius L. f. Agrippa.

Amicissimus Caesari a prima iuventute (Nic. Damasc. vit. Caes. 7. frgmta hist. gr. III p. 430. Corn. Nepos Att. 12). Cos. ord. a. 717/37 (Dio ind. l. 48. 49. I² p. 158/9). A. 723/31 classi Caesarianae praefuit (Vell. II, 84/5. Plut. Ant. 65/6. Dio L, 11, 13, 14, 31 alibi). A. 726 consulatum iterum gessit (I² 160/1) censumque cum Augusto egit (Dio LII, 42. Mon. Anc. II. 2. Suet. Aug. 35 cf. p. 5). A. 727/27 cos. III (I² l. c. alibi). A. 742/12 in Campania obiit (Dio LIV, 28. Zon. X, 34).

Pros. III. 457.

14) T. Statilius T. f. Taurus.

Cos. suff. a. 717/37 (I² p. 65. 158/9). Cum M. Titio a. 723/31 copias Caesaris pedestres rexit (Dio L, 13, Vell. II, 85. Plut. Ant. 65). Cos. II a. 728/26 (Dio ind. l. 53. Suet. Nero 35. I² p. 28. p. 58. 160/1). Paullo post a. 738/16, quo tempore potestatem (praefecturae urbis), quamquam provecta aetate, egregie toleravit (Tac. a. VI, 11), mortuus esse videtur; nam postea nusquam mentio eius est facta (Mommsen St. R. II³ p. 1060 not. 1).

Pros. III. 615.

15) L. Gellius L. f. L. n. Publicola.

Cos. ord. a. 718/36 (I² p. 65. 160/1. Dio ind. l. XLIX. XLIX, 24). In proelio Actiaco classi Antonianae praefuit (Vell. II 85. Plut. Ant. 65/6). Pros. II. 79.

16) M. Nonius C. f. C. n. Gallus.

Cos. suff. a. 718/36 (Borghesi IV p. 53. Henzen ad I² p. 38). A. 725/29 Treveros debellavit (Dio LI,20). In titulo (IX, 2642) imperator, VII vir epulonum dictus est. Pros. II. 105.

17) L. Sempronius L. f. L. n. Atratinus.

Inter a. 716 et 720 Antonii classem rexit. (Babelon II p. 434 nr. 15—18 Eckhel VI. p. 56). Cos. suff. a. 720/34 (I² p. 160. Dio XLIX, 39. App. b. c. V. 73). A. 733/21 ex Africa triumphavit (I² p. 50, 77).

Pros. III. 260.

, 1, a.)

18) Paullus Aemilius L. f. M. n. Lepidus.

Cos. (suff.) a. 720/34 ($I^2$ p. 160/1. Eph. ep. III. 11. $I^2$ p. 66. Dio ind. l. XLIX alibi). A. 732/22 censura functus ($I^2$ p. 28, Dio LIV, 2, 1. Vell II, 95, 3. alibi) a. 738/16 coniugem amisit. (Prop. V 11). Pros. I. 250.

19) L. Autronius P. f. L. n. Paetus.

Caesar Paetum, consulatu Kal. Januariis a. 721/33 iterum inito, statim sibi suffecit (Appian Illyr. 28 $I^2$ p. 66, 160). Proconsule Paetus ex Africa triumphavit a. 726/28, ut videtur ($I^2$ p. 50. 54). In fastis Venusinis ($I^2$ l. c.) L. non P. legendum est.

Pros. I. 1346.

20) Cn. Domitius L. f. Cn. n. Ahenobarbus.

Cos. ord. a. 722/32 ($I^2$ p. 66. 68. 160/1. Dio ind. l. L). Brevi ante pugnam Actiacam ad Octavianum transgressus mox mortuus est (Dio L, 13. alibi. cf. Drumann $III^2$ p. 28). Pros. II. 108.

21) C. Sosius C. f. T. n.

Antonii fautor (Dio L, 2) a. 722/32 cos. ord. (Dio l. c. ind. l. L. $I^2$ p. 62. 66. 68. 160). Apud Actium classi Antonianae ex parte praefectus (Vell II, 85. Plut. Ant. 65. Babelon II, 462 seq.) comprehensus, sed L. Arruntii precibus servatus est (Vell II, 86 Dio LI, 2. LVI, 38). A. 737/17 inter vivos fuit, cum hoc tempore filium eius, ceterum ignotum, XV v. s. f. ludis saecularibus interfuisse non sit veresimile (cf. Eph. ep. VIII p. 233).

Pros. III. 556.

22) M. Valerius M. f. Messalla Potitus.

Cos. suff. a. 722/32 ($I^2$ p. 62, 66, 68, 160). XV v. s. f. a. 737/17 (Eph. ep. VIII, 233). Non puto eundem fuisse Valerium Potitum consulem a. 725/29 S. Apuleio suffectum (Dio LI, 21). Pros. III. 94.

23) M. Valerius M. f. M. n. Messalla Corvinus.

Cassii familiarissimus (Dio XLVII, 24. Plut. Brut. 40. Tac. a. IV. 34). Post proelium Philippense primum Antonium (App. b. c. IV, 38) deinde Caesarem (Plin. h.

(B. 1, a.) n. XXXIII, 50) secutus est. Cos. ord. a. 723/31 (Dio ind. l. L. Tac. a. XIII, 34) (I² p. 61, 66, 160/1). A. 727/27 proconsule ex Gallia triumphavit (I² p. 180). Eo auctore Augustus a. 752/2 pater patriae est nominatus (Suet. Aug. 58). Num usque ad a. 767/14 vixerit parum apparet (cf. Dessau Pros. III p. 366). Pros. III. 90.

24) M. Titius L. f.

Pompeium, quamquam ab illo servatus erat (Dio XLVIII, 30. App. b. c. V, 142. Strabo XVI, 1. 28), a. 719/35 interfecit (Dio XLIX, 18. l. c. App. b. c. V. 144. Vell II, 79). Ab Antonio ad Caesarem postquam transiit ex Kal. Maiis ad Kal. Octobres a. 723/31 consulatu functus est (I² p. 61, 66. 160). Legatum Caesaris Syriae eum fuisse c. a. 746 statuit Mommsenus respiciens Jos. ant. XVI, 8, 6. (Mon. Anc² p. 141/2). Pros. III. 196.

25) Cn. Pompeius Q. f.

Cos. suff. a. 723/31 (I² p. 61, 62, 66, 160. IX 422, 4191), magister fratrum Arvalium a. 734/20 (?) (Eph. ep. VIII p. 316. cf. Hula arch. epigr. Mitt. aus Oest. XV, 1892 p. 27). Idem sine dubio est Cn. Pompeius XV v. s. f. a. 737/17 (Eph. ep. VIII p. 233). Frater Arvalis a. 767/14 (VI 2023, 13). Pros. III. 444—447.

---

## Praetorii.

26) M. Terentius Varro (Reatinus).

Praetorius (Varro l. l. VII, 7 (13)) a. 711/43 „ὡς ἐχθρὸς μοναρχίας“ proscriptus a Calenis defensus est. (App. b. c. IV, 47). A. 727/27 demum diem supremum obiit (Plin. h. n. XXIX. 65. Val. Max. VIII, 7, 3).

Ribb. 26.

27) C. Antistius C. f. C. n. Vetus.

A. 710/44 haud dubie praetorius Pompeianorum reliquias in Asia bello persecutus est (Cic. ad Att. XIV 9, 3). Cos. suff. a. 724/30 (I² p. 160 I² 66, 61 = IX 4191). A. 729/25 legatus Augusti Cantabros vicit (Dio LIII, 25. Vell. II, 90. Flor. II, 33). Pros. I. 606.

1, a.) 28) M. Tullius M. f. M. n. M. pron. Cicero.

Post mortem Bruti, quem Athenis secutus erat (Plut. Cic. 45 Brut. 24. App. b. c. IV 51), a triumviris proscriptus (App. IV, 19, 20) ad S. Pompeium profugit (App. b. c. V, 2). Postea Caesar ei ignovit summisque eum honoribus affecit (App. IV, 51). Cos. suff. a. 724/30 (I² p. 61, 66, 160. Plin. h. n. XXII. 13. Plut. Cic. 49). Insequentibus temporibus et proconsul Asiae praefuit (Sen. suas. VII, 13. Eckhel V, 327. Borghesi I p. 170 seq. Waddingt. Rev. num. 1867 p. 116) et legatus Syriae (App. b. c. IV, 51 Momms Mon. anc² p. 165).

Pros. III. 272.

29) L. Cornelius L. f. Lentulus.

Inter Antonii amicos (Cic. Phil. III. 10), praetor a. 710/44 (Cic. l. c. 25 cf. Drumann II² p. 473). A. 737/17 flamen Martialis statuam Julii Caesaris dedicavit (Babelon I. 431). Ribb. 84.

30) C. Furnius.

A. 719/35 Asiae praefectus S. Pompeium oppressit (Dio XLIX, 17, 18. App. b. c. V, 137—144. Orrosius VI, 19, 2). Antonio victo Octavianus ei filii gratia ignovit. (Sen. ben. II, 25). A. 725/29 inter consulares allectus filii (nr. 141) consulatui anni 737/17 superstes fuit (Hieronymus chron. ad a. a. u. c. 717/8).

Pros. II. 414.

31) Q. Didius.

A. 724/30 paullo ante Antonii cladem ad Caesarem transgressus (Gardth. I p. 409) ἄρχων τῆς Συρίας (Dio LI, 7 cf. Jos. bell. Jud. I, XX, 2. Ant. XV. VI, 7.); praetorius non consularis fuisse videtur (cf. Marquardt R. St. Verw. I² p. 416). Pros. II. 59.

32) M. Octavius Cn. f. M. n.

A. 704/50 aed. cur. (Cic. ad fam. VIII, II, 2. III, 1 ad Att. VI 1, 20). A. 723/31 ad Actium una cum Insteio mediae Antonianae classis aciei praefuit. (Plut. Ant. 65. Gardth. Aug. u. s. Z. I p. 379). Ribb. 126.

(B, 1, a.) 33) M. Insteius.

A. 712/42 trib. pleb. designatus (Cic. Phil. XIII, 26) A. 723/31 dux Antoniarum navium (Plut. Ant. 65).

Ribb. 171.

34) Cassius Parmensis.

Caesaris interfector (Vell. II, 87). A. 711/43 Cassii legatus (App. V. 2. In Scholiis ad Hor. ep I, IV, 3 non recte „trib. mil.“ nominatur). Proelio ad Actium facto a Q. Varo Octaviani iussu necatus (Vell. l. c. Val. Max. I, 7, 7. Serv. ad Verg. ecl. IX, 35 Schol. ad Hor. l. c.) Ribb. 199.

35) P. Turullius.

Unus ex Caesaris interfectoribus Antonii legatus Octaviano auctore a. 724/30 necatus est. (Dio LI, 8. Val. Max. I 1, 19. Lactant II 7, 17). Ribb. 222.

36) (L.)Pinarius Scarpus.

Ab Antonio Cyrenaicae praefectus est, quam provinciam etiam post pugnam Actiacam ab Octaviano benigne receptus (Dio LI, 5, 9. Plut. Ant. 69 Orros. VI. 19, 15) certe usque ad a. 727/27 administravit. (Cohen I² 497—500. Eckhel V, 273 Babelon II, 306).

Pros. III. 311.

37) L. Arruntius L. f. L. n.

In pugna Actiaca partem Caesaris navium rexit. (Plut. Ant. 66. Vell. II, 85). A. 732/22 consulatum gessit (I² p. 28, 64, 68, 162 Dio ind. l. LIV. LIV, 1. Mon. Anc. lat. I, 32 gr. III, 4. VI, 10286/7). Non puto Arruntium iam a. 710/44 praetorium fuisse (cf. Ribb. n. 146), at a. 723 certe fuit.; XV v. s. f. a. 737/17 (Eph. ep. VIII. X, 5055).

Pros. I. 928.

38) M. Lurius.

In pugna Actiaca Julianis navibus dextri cornus praefuit (Vell. II, 85). A. 710/44 tribunicius fuisse videtur (cf. Ribb. n. 174), a. 723/31 praetura certe functus est.

Pros. II. 315.

39) Q. Nasidius.

Praefectus classis S. Pompei (Eckhel V, 259. Mommsen R. M. W. p. 659 n. 564. Babelon II 251). Cum Pom-

1, a.) peius a. 719/35 bellare non desineret, ad Antonium confugit (App. V, 139 Dio L. 13). A. 723/31 ab Agrippa ad Patras victus est. (Dio l. c). Ribb. 274.

40) Barbula.

In pugna ad Actium commissa Antonii dux (App. b. c. IV. 49). Cum postea demum consulatu functus sit (App. l. c.) a. 723/31 praetorius fuisse videtur. Pros. I. 44.

41) *Marcus.

Anno 723/31 Caesaris navibus praefectus postea Barbulae (nr. 40) collega in consulatu fuit (App. b. c. IV 49).

---

## Aedilicii.

42) M. Licinius M. f. M. n. Crassus.

Praetura non functus a. 724/30 cos. ord. factus est (Dio ind. l. LI, 4) (I² p. 61, 66, 160/1). A. 727/27 triumphavit „ex Thraecia et Geteis". (I² p. 180 Dio LI, 25). Pros. II. 126.

43) M. Lollius M. f. (Palikanus).

||| v. mon. in nummo Romano, in quo capita Julii Caesaris et Augusti cernuntur, apud Raschium memoratur. (Lex. universae rei numm. vet. II² p. 1817 n. 23 cf. Cohen-Babelon: monnaies consulaires² II p. 147 seq.) Idem, ut videtur, Palikanus || v. mon. c. a. 709/45 (Babelon p. 147, 1 Mommsen R. M. W. p. 681). A. 729/25 primus Galatiam rexit (Eutrop. VII. 10. Rufus brev. 11). Consul a. 733/21 (I² p. 64, 65, 68, 162/3 Dio LIV, 6). Comes C. Caesaris a. 753 Roma in Orientem proficiscentis (Vell. II, 102, Suet. Tib. 12); quo in itinere a. 755/2 manus sibi intulit (Vell l. c. Plin. h. n. IX, 117. cf. Gardth. Aug. u. s. Z. p. 1133. 1141). Pros. II. 226.

44) P. Paquius P. f. Scaeva.

|||| v. cap. ex s. c. post quaest. et X viratum, trib. pleb., aed. cur., iudex quaestionis, praetor aerarii (post a. 731), proconsule prov. Cypri (non ante 739/15 cf. Abele p. 45) [IX 2845. VI. 1483/4. IX 6078, 128]. Cursum hono-

(B, 1, a.) rum Caesare dictatore vivo coepit (Mommsen St. R. I$^3$, 555, 1, II$^3$, p. 594). Pros. III. 93.

45) (M.) Caecilius (Q. f. L. n.) Metellus (Creticus).

Hic tribunicius a. 711/43 proscriptus fuisse videtur. (Ribb. l. i.). Postea Antonii partes secutus pugna in Actiaca captus est. Filii precibus commotus Octavianus libertatem ei dedit (App. IV, 42). Cuius gradus senatorii a 723/31 fuerit, parum est compertum; neque vero eum multo ultra tribuniciam dignitatem esse egressum puto. Fortasse aedilicius fuit (cf. Kloevekorn: „De proscriptionibus a. 43 factis" p. 76/7). Ribb. 140.

---

## Tribunicii.

46) Q. Lucretius Q. f. Vespillo.

A. 711/43 proscriptus (Dio LIV, 10) per Turiam uxorem sustentatus est donec a triumviris veniam impetravit (App. IV, 44. Val. Max VI, 7, 2). Consul a. 735/19 ab Augusto factus est (Dio l. c.) (I$^2$. p. 65. 162 3). A. 723/31 fuit sine dubio tribunicius. Pros. II. 302.

47) M. Junius M. f. D. n. Silanus.

A. 719 vel 720 Antonii quaestor proconsule (Mommsen R. St. R. II$^3$. 651. 1). Brevi ante pugnam Actiacam ab Antonio defecit (Plut. Ant. 59). Cos. ord. a. 729/25 (I$^2$, p. 58, 160/1. Dio LIII, 25). A. 737/17 senatus consulto de ludis saecularibus aderat (VI, 877). Alium non fuisse Silanum procos. Asiae c. a. 740 putavit Borghesi (V. p. 180 cf. Waddington fast. n. 55). Pros. II. 549.

48) L. Tarius Rufus.

A. 723/31 nonnullarum Octaviani navium dux a C. Sosio victus per Agrippam subvenientem servatus est (Dio L, 14). Illo anno fortasse tribunicius fuit, cum a. 738/16 demum consul sufficeretur (I$^2$, p. 64, 65, 162). Inde ab a. 776 ad a. 777 curator aquarum (Frontin aq. 102). Pros. III, 14.

3, 1, a.) 49) L. Messius.

Cum a. 723/31 Caesaris opes specularetur, captus ad Antonium remissus est omnibus copiis monstratis (Dio L,9). Cum iam bello Perusino interfuerit (Dio l. c.) fieri potest, ut a. 723/31 tribunicius fuerit. Ribb. 273.

50) (Q).(C)aecilius M. f. (Q. n. L. pron.) M(etellus Creticus).

Praetor urbanus, proconsul Sardiniae ante a. 759/6 (X, 7581 cf. Dio XV, 28). Idem, ut videtur, Metellus senator quidam, qui post proelium Actiacum a. Caesare patri vitam impetravit (App. b. c. IV, 42) (cf. Kloevekorn: De proscriptionibus a. 43 a triumviris factis p. 76/7). Pros. I. 45.

---

## Quaestorii.

51) A. Cascellius.

„Fuit .... quaestorius (quaestor ante a. 681/73 cf. Pros. l. i.), nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret“ (Dig. I, 2, 2, 45 cf. Val. Max VI, 2, 12). Nescio, num a compluribus eum praetura quoque functum esse recte concludatur (cf. Jörs ap. Paul. Wiss. R. E. III col. 1635 seq). Porro est incertum, an, quo tempore Horatius artem poeticam composuerit (c. a. 746/8 cf. Teuffel R. L. G. § 239, 7), inter vivos fuerit (Jörs l. c. Klebs Pros. l. i.); sed eum multo antea mortuum non esse apparet, quod, ni ita se habeat, poeta eius exempli causa mentionem facere non potuit.

Pros I. 389.

52) Cn. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso Frugi.

Quaestor a. 704/50 (Mommsen R. M. W. p. 650 et not. Babelon I, 303/4). Cum et Tacitus memoriae tradat eum Brutum et Cassium secutum concesso reditu honorum petitione abstinuisse, „donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere“ (a II, 43), et illum a. 731/23 demum consulem fuisse sciamus (Tac. a. l. c. I ², p. 162/3

(B, 1, a.) I² p. 28. 58. Dio ind l. LIII, LIII, 30) intra annos 715 et 730 certe quaestorius fuit. Pros I. 248.

53) L. Cornelius P. f. (L. n.) Balbus minor.

A. 711/43 Asinii Pollionis quaestor (Cic. ad fam. X. XXXII. 1). Postquam proconsule Africae praefuit (Vell. II, 51, 3: „ex privato consularis“) a. d. VI. Kal. April. a. 735/19 de Garamantibus triumphavit (I², p. 181, Vell. l. c. Plin. V. 36 = Solin. 29, 7, Strabo III, V, 3) A. 741/13 Romae theatro dedicato (Suet. Aug. XXIX. Tac. a. III. 72, Plin. n. h. XXXVI, 60. Dio LXVI, 24. alibi) a Tiberio honoris causa primus in senatu sententiam est rogatus (Dio LIV, 25). Pros. I. 1073.

54) L. Sestius P. f. L. n. Quirinus (vel Quirinalis).

Cum semper Bruti fautorem se praeberet, ultra quaesturam — fuit enim Bruti proquaestore (Cohen I Brutus 10—13, Mommsen, R. M. W. p. 653, Babelon II, 456, Dio LIII, 32; App. b. c. IV, 51) — fortasse non prius ad maiores honores provectus est, quam Augustus eum magni aestimans (Dio l. c.) restituit (App. IV, 51) et a. 731/23 sibi consulem suffecit (I², p. 64 Dio l. c. 162).

Pros. III. 436.

---

**Pedarii.**

55) Sergius.

A. 723/31 senatu Antonium hostem iudicante, Sergius solus assentiri noluit, quia proscriptus ab illo servatus erat (App. IV, 45). Ribb. 287.

56) Postumius.

Senator a. 723/31 ab Antonio cruciatus et necatus (Dio L, 13; LI, 2.)

---

## II. Incerti.

, 1, b.) 57) M. Acilius.

Cos. suff. a. 721/33 (I ². p. 66 = IX, 422, I ², p. 160). Pros. I. 36.

58) M. Acilius M. f. Caninus.

Quaestor urbanus, cui negotiatores ex area Saturni titulum posuerunt (I, 636 = XIV, 153), qui, cum aerarii Saturni cura quaestoribus a. 726/28 adempta sit (Suet. Octav. 36, Dio LIII, 2, 1, Tac. a. XIII, 29, Mommsen R. St. R ³ p. 557/8), ante annum 726 positus esse debet, neque vero multo, id quod litteratura docet. (cf. Momms. ad C. J. L. l. c.). Pros. I. 45.

59) (Aelius) Marullinus.

Senator, atavus imperatoris Hadriani a. 828/75 nati (Vit. Hadr. I, 2), Fieri potest, ut a. 723/31 in senatu fuerit. Pros. I. 158.

60) Q. Aelius L. f. Tubero.

Patricius et iurisconsultus. Fuit discipulus Ofilii, equitis Caesari familiarissimi (Dig. I, 2, 2, 44).

61) M. Aemilius M. f. M. n. Q. pron. Lepidus.

Triumviri filius a. 724/30 contra Caesarem coniuratione facta (Vell. II, 88, 1) occisus est (Vell. l. c. App. b. c. IV, 50, Liv. periocha 133). A. 723/31 certe aetate senatoria, praesertim cum „iuvenis“ a Velleio (l. c.) nominetur. Pros. I. 247.

62) L. Aemilius M. f. Q. n. Paullus.

Cos. a. 704/50 (Dio XL, 44, 59, I ², p. 156/7, Dio ind. l. XL). A triumviris proscriptus primum ad Brutum deinde Miletum confugit. Pace a. 715/39 facta Romam non rediit (App. b. c. IV, 12, 37, Liv. per. 120, Dio XLVII, 6). Ribb. 11.

63) M. Aemilius M. f. Scaurus.

Antonio devicto capitis damnatus matris precibus est servatus (Dio LI, 2, Dio LVI, 38). Pros. I. 281.

(B, 1, b.) 64) (P.) Alfenus (P. f.) Varus.

Cos. suff. a. 715/39 (I², p. 158, Pompon. Dig. I, 2, 2, 44, cf. Hor. sat. I, 3, 130 seq. Verg. eclog. VI).
Pros. I. 379.

65) M. Ampudius M. f.

Quaestor, tribunus plebis, aidilis (X, 6082). Titulus „litteris antiquioribus. Ante Augustum fuisse videtur". Mommsenus ad C. J. L. l. c. Pros. I, 419.

66) Antistius (Labeo).

A. 719/35 unus ex numero „τῶν ἀξιολόγων" a S. Pompeio ad M. Antonium transiit (App. V, 139). Frater iurisconsulti (nr. 261) fuisse videtur (cf. Drumann I², p. 41, 15, Gardthausen II, p. 158). Ribb. 137.

67) Appuleius.

A. 711/43 proscriptus ad Brutum confugit, qui eum Bithyniae legatum praefecit. Qua provincia tradita ab Antonio reditum impetravit. (App. b. c. IV, 6).
Ribb. 112.

68) S. Appuleius S. f. S. n.

Cos. a. 725/29 (Dio ind. l. LI, LII. LI, 20. IX, 422. I², 66, 160/1). A. 728/26 proconsule ex Hispania triumphavit (I², 181). A. 742/12 reum quendam adulterii defendit (Dio LIV, 30). Pros. I. 777.

69) C. Appuleius M. f. Tappo.

Titulum, in quo Appuleius „quaestor, tribunus plebis, aedilis, iud. quaest. rer. cap., praetor" nominatur (V, 862), sub liberae reipublicae finem vel sub initium imperii Augusti positum esse putat Klebs (l. i.), quod honores legitimo ordine inverso recenseantur. Pros. I, 783.

70) M'. Aquilius Crassus.

Praetor a. 711/43 proscriptus (App. b. c. III, 93 seq.) Idem Acilius videtur (App. b. c. IV, 39), quem proscriptum uxore adiutrice esse servatum fortasse etiam laudatio, quae false dicitur Turiae (VI, 1527, Dessau inscr. lat. sel. II, 2, 924 alibi) nobis memoriae prodit (O. Hirschfeld, Wien, Stud. XXIV 1902, p. 233 seq.). Quem uxoris

B, 1, b.) superstitem fuisse ille titulus sepulcralis non ante a. 746/8 positus demonstrat.

71/2) Aquillii Flori.

Proelio Actiaco commisso Octavianus Aquillium patrem vel filium necem sibi conscire iussit. Ut filium servaret, pater manus sibi attulit; tum ille quoque desperatus se interemit (Dio LI, 2, Suet. Aug. 13.).

Ribb. 385.

73) (T.) Arruntius.

Praetorius, ut videtur, proscriptus a. 715/39 Romam rediit (Vell. II, 77, 3, App. b. c. IV, 46). Ribb. 113.

74) C. Arruntius Balbus.

Praefuit Siciliae ineunte fortasse Augusti imperio (Mommsenus R. M. W. p. 374 adn. 27. Mionnet I, p. 343, 26). Pros. I. 924.

75) M. Asellius M. f.

Praetor inter a. 699 et 710. Acro ad Hor. sat II, 2, 50: „Asellius quidam praetor fuit". Cum Horatius l. c. nomen praetoris non tradat, sive verebatur, ne offenderet, sive omnibus ille erat notus, fieri potest, ut Asellius a. 719/20 = 35/34, quo tempore haec satura composita est, inter vivos fuerit. Ribb. 76.

76) C. Ates. iu

Jurisconsultus, discipulus Ser. Sulpicii Rufi a. 711/43 mortui (Dig. I, 2, 2, 44). Ribb. 325.

77) L. Ateius L. f. Capito.

A. 713/41 Antonii legatus (App. V, 33, 50.)

Ribb. 97.

78) T. Atinius T. f. Tyranus.

Testis senatusconsulti a. 715/39 (Bullet. de corresp. Hellén XI, 1887, p. 227). Pros. I. 1098.

79) P. Attius P. f.

Testis senatusconsulti a. 715/39 (Bull. de corr. Hellén. XI, 1887, p. 227). Pros. I, 1123.

80) Q. Attius Varus.

A. 710/44 tribunicius (cf. Ribb. l. i.). Vide, num idem

(B, 1. h.) fuerit Q. Varus, a quo a. 723/31 Cassius Parmensis est necatus (Acron ad Hor. ep. I, IV, 3). Ribb. 147.

81) Aufidius Namusa.

82) Aufidius Tucca.

Iurisconsulti. Discipuli Ser. Sulpicii Rufi a. 711/43 mortui (cf. Ribb. 10, Dig. I, 2, 2, 44) Fortasse senatores fuerunt. Ribb. 468/9.

83) Balbinus.

A. 711/43 proscriptus ad S. Pompeium profugit. Non multo post consulatum iniit, quo tempore Aemilii Lepidi coniuratio est detecta (a. 724/30 cf. App. b. c. IV, 50). Alium non fuisse L. Saenium cos. suff. a. 724/30 (nr. 181) statuit Klebs (l. i.). Pros. I. 32.

84) M. Barbatius.

A. 713/41 M. Antonii proquaestor. Post bellum Perusinum in nummis dicitur. (Babelon I, p. 175/6, 256, Borghesi I, p. 427). Recte Ribbeck (l. i.) statuit eundem non esse Barbarium Philippum servum fugitivum; qui Romae praetor designatus praetura postea functus est (Dig. I, 14, 3), praesertim cum Dio (XLVIII, 34) certe Barbarium spectans hunc servum dignitate praetoria de rupe Capitolina a. 715/39 esse deiectum narret, quo tempore Barbatius quaestorius non praetorius fuisse videtur (Babelon I, p. 256). Ribb. 250.

85) L. Caecilius L. f. Rufus.

Praetorius proconsulatum alicuius provinciae post a. 697/57 gessit. (I, 639 = XIV, 2464). „Mortuus videtur imperante demum Augusto“ (cf. Mommsen ad I, l. c.).

86) Caecina.

Octaviani amicus a. 713/41 cum L. Cocceio (cos. a. 715) ad Antonium missus est (App. b. c. V, 60).

87) Q. Caerellius M. f.

Tribunus militum, tribunus plebis, praetor, legatus M. Antoni, proconsul (VI, 1364, b. Mommsen Mon. anc.[2] p. 180). Pros. I. 121.

(B, 1, b.) 88) T. Caesius.

Iurisconsultus, discipulus Ser. Sulpicii Rufi a. 711/43 mortui (Ribb. 10). Ribb. 467.

89) L. Calpurnius M. f. C. n. Bibulus.

Praetor designatus (Babelon I, p. 304, Cohen I, p. 48, Eckhel VI, p. 60 seq.). Circa a. 723/31 legatus Syriae mortuus est, priusquam Caesar eo advenit. (App. b. c. IV, 38).

90) L. Calpurnius Piso.

Ei titulus Pergamenus positus est. (Fraenkel: Inschriften von Pergamon n. 425, cf. Bullet. de corr. hellén. V (1881), p. 183). „Cogitari potest de proconsule quodam Asiae aetatis imperatoriae ineuntis". (Klebs l. i.) Pros. I. 234.

91) L. Caninius L. f. Gallus.

Cos. ord. a. 717/37 (I², p. 158, Dio ind. l. XLVIII, XLVIII, 49, XLIX, 23, Ios. Ant. XIV, 487, cf. Drumann II², p. 91, 7). Ribb. 114.

92) (C. Caninius C. f.) Rebilus.

Senator a. 717/37 a Menodoro captus et incolumis remissus (App. b. c. V, 101). Vide, num idem fuerit et aedilis, cuius in titulo Tusculano (XIV, 2622) mentio facta est, et senator a. 729/25 commemoratus (Sitz. d. Berl. Ak. 1889, p. 968 cf. Gardthausen II, 1, 136. 7). Pros. I. 331.

93) P. Carisius.

Legatus Augusti propraetore in Hispania. (Babelon I, p. 318 seq. Dio LIII, 25. Orros. VI, 21, Florus II, 33). A. 732/22 cum C. Furnio Astures et Cantabros devicit. (Dio LIV, 5). Legitimis honoribus percursis a. 723/31 haud dubie quaestorius erat (cf. Mommsen R. St. R. I³, p. 573/4). Pros. I. 357.

94) T. Carisius (T. f.).

A. 718/36 Octaviani classi praetorius, ut videtur, praefuit (App. b. c. V, 111, Gardthausen II, p. 138). Incertum, an idem sit T. Carisius T. f. (XII, 1028). Ribb. 253.

(B, 1, b.) 95) L. Cassius Longinus.

A. 710/44 tribunus plebis (Cic. Phil. III, 23). A. 713/41 supplex ab Antonio incolumis dimissus est. (App. b. c. V, 7, Drumann II², p. 128. Ribb. 157.

96) A. Castricius Myrio.

XXVI vir libera republica exeunte vel Augusti imperio ineunte (XIV, 2105). Pros. I. 452.

97) C. Cestius L. f.

Frater L. Cestii (nr. 98). Praetor a. 710/44. (Cic. Phil. III, 26). Alius non fuit: „Epulo, praetor, tribunus plebis, VII vir epulonum“ (VI, 1374 cf. 1375). Ante a. 742/12 mortem occubuit, cum M. Agrippa inter eius heredes fuerit (cf. C. J. L. l. c.) Pros. I. 569.

98) L. Cestius (L. f.).

Praetor a. 710/44 (Babelon I, p. 340, Mommsen R. M W. 652/8, 741). Idem fortasse testis senatusconsulti a. 737/17 facti (Eph. ep. VIII, p. 229). Post fratrem (nr. 97) mortuus est. (VI, 1375). Pros. I. 570.

99) Cinna.

Iurisconsultus, discipulus Ser. Sulpicii Rufi a. 711/43 mortui (Ribb. 10, Dig. I, 2, 2, 44). Fortasse ordinis senatorii. Ribb. 471.

100) M. Claudius M. f. M. n. Marcellus Aeserninus.

Fieri potest, ut quaestor ante a. 706/48 (Dio XLII, 15) idem sit atque cos. a. 732/22 (Dio ind. l. LIV, LIV, 1, I², p. 64, 68, 162/3) et magister XV v. s. f. (I², p. 28, Eph. ep. VIII, p. 233, 241). Pros. I. 740.

101) Ap. Claudius C. f. Ap. n. Pulcher. (sive Pulcer).

Cos. ord. a. 716/38 (Dio ind. l. XLVIII, XLVIII, 43, XLIX, 22; I², p. 158/9). A. 721/33 vel 722/32 ex Hispania triumphat. (I², p. 76). Pros. I. 777.

102) Ap. Claudius Pulcher.

Proconsul nominatur in nummo, qui in aversa M. Antonii caput ostendere videtur. (Imhoof-Blumer: Monnaies grecques p. 231 nr. 17.) Pros. I. 778.

, 1, b.) 103) P. Claudius Pulcher.

Consul. (X 1250). Titulus vel exeunte libera republica vel aetate imperatoria ineunte positus est. (Klebs. l. i.)
Pros. I. 780.

104) C. Clodius.

Postquam a. 712/42 M. Bruti legatus fuit ad S. Pompeium confugit (Dio XLVII, 24. App. b. c. V, 2. Plut. Brut. 18. — App. b. c. V, 2). Ribb. 256.

105) P. Clodius M. f.

Quattuorvir monetalis a. 716/38 (Mommsen R. M. W. p. 366, 741, cf. Ztschrft. f. Num. V, 238. X, 18).

106) Q. Cloelius M. f.

Tribunicius inter testes senatusconsulti a. 715/39. (Bulletin de corresp. hellén. 1887. XI p. 226).
Pros. I. 947.

107) C. Cluvius.

Cum a. 725/29 inter consulares adscriptus sit (Dio LII, 42), a. 723/31 haud dubie praetorius fuit. L. Cluvius a Dione ad a. 721/33 commemoratus mihi alius videtur (cf. nr. 108). Pros. I. 955.

108) L. Cluvius.

Ita apud Dionem (XLIX, 44) legendum puto (cf. nr. 133). Cum l. c. tradatur: „Ἀντώνιος . . . Λούκιον Κλαυδούϊον ποιήσας τε ἅμα ὕπατον . . .," alius mea quidem sententia certe fuit ille Cluvius consul designatus ab Augusto inter consulares ascriptus (Dio LII, 42), praesertim cum huic praenomen „C" esset. (Dio l. c). Pros. I. 955.

109) C. Cocceius Balbus.

M. Antonii legatus imperatoris nomine intra a. 709 et 727 honoratus est. (Dittenberger ad Corpus inscriptionum Atticarum III 571. Mommsen. R. St. S. I³ p. 125, 4).
Pros. I. 963.

110) C. Cocceius Nerva.

A. 713/41, ut videtur, ab Octaviano est servatus. (App. b. c. V, 61. Sen. de clem I, 10). Ribb. 258.

111) L. Cocceius Nerva.

Cos. suff. a. 715/39 (I² p. 65, 158; App. b. c. V, 60.

(B, 1, b.) Porphyrio (ed. Meyer) p. 215). Cum a. 741/13 in titulo (X, 3803 cf. 3962) a liberto suo inter patronos non nominatus sit, hoc tempore inter vivos non fuit. (Groag ap. Paul. Wiss. R. E. Suppl.) Mihi eum iam multo ante a. 741 esse mortuum persuasum est, quia post a. 717/37 nusquam nominatur. Pros. I. 970.

112) M. Cocceius Nerva.

Cos. ord. a. 718/36 (Dio ind. l. XLIX. XLIX, 1. I² p. 65, 160/1. I, 795 alibi). Alius non videtur M. Cocceius XV v. s. f. a. 737/17. (Eph. ep. VIII, 233, 241). Pros. I. 971.

113) Q. Coelius.

Fortasse aedilicius a. 711/43 a Cicerone commemoratus (Phil. XIII, 26) idem est atque ille quaestor et propraetor (Henzen: Bulletino dell. inst. arch. 1851 p. 106). Ribb. 130.

114) L. Considius L. f. Gallus.

Praef(ectus) urbis q(uaestor), tr(ibunus) pl(ebis), pr(aetor) inter cives et peregrinos, XV v(ir) s(acris) f(aciendis). (VI, 31705). Qui titulus sine dubio ante a. 727/27 positus est, quo ex anno, cum ab Augusto tum praefectura urbis institueretur (Mommsen R. St. R. II³ p. 1059), praefecti urbis feriarum latinarum gradus in titulis per compendia non scribebatur. (Mommsen R. St. R. I³ p. 667). Quam ob rem Groag hanc inscriptionen recte ad imperii initium rettulisse mihi videtur. (cf. Paul. Wiss. R. E. IV. col. 913).

115) C. Coponius T. n.

A. 705/49 praetor. (Mommsen R. M. W. p. 650. Cic. ad. Att XII, 4). A. 711/43 proscriptus, a. 722/32 praetorius in senatu loquitur. (Vell. II 83. 3). Ribb. 46.

116) M' Cordius Rufus.

III v. mon. inter a. 703 et 709 (Mommsen R. M. W. p. 651, 657 nr. 557. Babelon I, 382—385. Borghesi I p. 33). Idem videtur, qui in titulo (XIV, 2603 = Dessau inscr.

1, b.) lat. sel. 902. Borghesi 1 p. 269) „praetor, proconsul, aedilis lustralis monitor sacrorum Tusculi“ commemoratur. Pros. I. 1040.

117) L. Cornelius.

Cos. a. 722 32. (I² p. 66, 68, 160). Non hunc L. Cornelium Balbum minorem esse puto. Pros. I. 1057.

118) L. Cornelius L. f. Balbus maior.

Cos. suff. a. 714 40 (Dio XLVIII, 32. Plin. h. n. VII, 44. I² p. 61, 64, 158 alibi) A. 722/32 vixit (Corn. Nepos Atticus 21, 4); alius certe fuit L. Cornelius cos. a. 722/32 (nr. 117).

119) L. (Cornelius) (L. f. L. n.) Cinna.

Frater Arvalis in actis Arvalium a. 733/4 (?). FortasseHula recte statuit eundem esse, qui a. 710 44 praetura functus (cf. Huelsen Eph. ep. VIII, 318) Caesaris percussorum partes sequebatur. (Val. Max. IX, 9, 1. Sueton. Caes. 85. App. b. c. II, 121. Plut. Brut. XIIX, 4. 20). Pros. I. 1083.

120) (L.) Cornelius (L. f.) Gallus.

Praetor. (Val. Max. IX, 12, 8). Eum libera republica exeunte vixisse Münzer recte mihi statuisse videtur (Paul. Wiss. R. E.), quod Plinius (n. h. VII, 184) una cum Cornelio Gallo Titum quendam equitem nominat ex gente Hateria, quae primis imperii temporibus florebat atque ordinem senatorium adepta est. Deinde istum Gallum necessitudine cum primo Alexandreae et Aegypti praefecto (ab a. 724 ad a. 727 vel 728) esse coniunctum non sine veritatis specie est. Idem fortasse Gallus in titulo (VI, 16223) dicitur. Pros. I. 1110.

121) Cn. (Cornelius) Lentulus.

Praetor dicitur in titulo: „T. Mario C. f. Stel. Siculo praef. duor. prin.“ posito (XI, 6058). Sive verbis „duorum principum“ Augustus et Agrippa (Bormann ad l. c.) sive Antonius et Augustus significantur (Groag. ap. Paul. Wiss. R. E. IV. col. 1361) titulus certe ad ineuntem imperii aetatem referendus est. Pros. I. 1122.

(B, 1, b.) 122) L. Cor(nelius) Lentulus.

Publice honoratus titulo Thyatireno ineuntis aetatis imperatoriae (Bullet. de corresp. hellén XI (1887) p. 457 nr. 19). Qua in inscriptione nominari potest aut L. Cornelius L. f. Lentulus praetor a. 710/44 (Cic. Phil. III, 25). aut L. Cornelius Lentulus Cruscellio, qui a. 711/43 proscriptus ad S. Pompeium confugit. (cf. Münzer ap. Paul. Wiss. R. E. col. 1372). Pros. I. 1130.

123) Cornelius Maximus.

Jurisconsultus (Dig. I. 2. 2, 44) docuit Trebatium Testam a. 751/3 ab Augusto de codicillis consultum. (Inst. II, 25). Fortasse senatui interfuit. Ribb. 473.

124) P. Cornelius P. f. Scipio Pomponianus Salvitto.

Cos. suff. a. 716/38 ($I^2$ p. 65, 158).

Pros. I. 1174.

125) L. Cornificius L. f.

Cos. ord. a. 719/35 (Dio ind. l. XLIX. XLIX, 18, 33. $I^2$ p. 160). Postquam a. 721/33 vel 722/32 ex Africa triumphavit ($I^2$ p. 76) Augusto auctore aedem Dianae restituisse (Sueton August. 28) videtur.

Pros. I. 1229.

126) Decidius Saxa.

Quaestor a. 714/40 in Syria versatus est. (Dio XLVIII 25, 2).

127) Q. Dellius.

Quamquam eum senatorem fuisse nusquam dilucide memoriae est traditum, tamen sine ulla dubitatione senatorio ordini interfuit, quo Antonius saepius gravibus in legationibus utebatur, (Plut. Ant. 25. Jos. Ant. XIV, 394. bell. Jud. I. 290. Ant. XV, 25. Dio XLIX, 39. L, 13. Strabo XI 523). Postquam brevi ante pugnam Actiacam ab Antonio defecit (Vell. II, 84. Plut. Ant. 59. Dio L, 23. Sen. suas. I, 7), inter Augusto familiarissimos nominatur. (Sen. de clem. I, 10). Pros. II. 29.

128) Demostratus.

Senator Romanus (Aelian hist. animal. XV, 19),

1, b.) quem Wellmann (Herm. XXX. 176) primis imperii temporibus vixisse putat. Fieri potest, ut vel a Caesare vel post eius mortem bellorum civilium aetate ordinem senatorium adeptus sit. (cf Mommsen R. St. R. III[3] p. 876 Herzog. R. St. Ver. II 1. 37 seq. 105. alibi).

129) Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus.

Praetorius a. 777/24. (Tac. a. IV, 28). „Sub initium imperii Tiberii, ut videtur, fuit inter quinque curatores locorum publicorum iudicandorum.“ (Klebs Pros. l. i. VI, 1267, a. b. (1) Bull. comm. 1886 XIV p. 277 nr. 1273(2)). Cum in titulo (2) secundo loco nominetur, tum quoque sine dubio praetorius fuit. Pros. I. 27.

605) S. Caecina.

Praetor peregrinus a. 764/11. ($I^2$ p. 70).

Pros. I. 70.

, 4, b.) 606) C. Caedicius Agrippa.

Curator riparum et alvei Tiberis haud dubie Tiberii temporibus (Röm. Mitt. 1889, p. 284). Pros. I. 87.

607) Q. Caerellius Q. f. M. n.

Triumvir capitalis, quaestor pr. pr., tribunus plebis, legatus propraetore ter, praefectus frum. ex s. c., legatus Ti. Caesaris Augusti, proconsul (VI, 1364, a, b. cf. Mommsen, Mon. Anc.[2] p. 181). Pros. I. 122.

608) L. Caesius.

Praefectus aerarii militaris a. 774/783 = 21/30 p. Chr. (V, 8845). Pros. I. 147.

609) Caesius Cordus.

„Ancharius Priscus Caesium Cordum pro consule Cretae postulaverat repetundis, addito maiestatis crimine.“ (Tac. a. III, 38 ad a. 774/21). Pros. I. 150.

610) C. Calpetanus C. f. Statius Rufus.

Brevi post a. 768/15 commemoratur inter quinque curatores loc. public. iud. secundo loco (VI, 1266) et inter quinque curatores riparum et alvei Tiberis tertio loco (VI, 1237, 31544. cf. Groag. apud Paul-Wiss. R. E. III. col. 1364). Pros. I. 186.

611) C. Calpurnius Aviola.

Consul est suffectus a. 777/24 ($I^2$ p. 71). Pros. I. 199.

612) L. (Calpurnius) Piso.

A. 778/25 legatus Hispaniae citerioris. (Consularis igitur tum fuit. cf. Marquardt. R. St. V. $I^2$ p. 254). Pros. I. 236.

613) L. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso.

Ante a. 773/20 Cn. Calpurnius Piso dicebatur (Tac. a. III, 17). Cos. ord. a. 780/27 ($I^2$ p. 71. II, 2633. V, 4919. VI, 251. Dio ind. l. LVIII. Tac. a. IV, 62. Cassiodor alibi). Pros. 231/237.

614) L. Calpurnius Piso.

Praetor aerarii (intra a. 731/23 et 797/44). Fieri potest, ut a. 767/14 senatui interfuerit. Pros. I. 239.

(B, 4, b.) 615) M. Calpurnius Cn. f. Cn. n. Piso.

Sine dubio legatus patris in Syria intra a. 771/18 et 773/20 (Tac. a. II, 57, 76, 78). Pros. I. 245.

616) C. Calvisius C. f. C. n. Sabinus.

Cos. ord. a. 779/26 ($I^2$ p. 71. II, 2093. Eph. ep. V, 1463. VI, 343. X, 896. XI, 3805. Tac. a. IV, 46. Dio ind. l. LVIII, Cassiodor). Pros. I. 289.

617) Caninius C. f. C. n. C. pron. Rebilus.

Tiberii temporibus consul suffectus videtur (Sen. ben. II, 21. cf. Groag. apud Paul-Wiss. R. E. III. col. 1478). Fortasse C. Caninii (C. f.) C. n. Rebili, consulis a. 742/12, (nr. 278) filius fuit. Pros. I. 329.

618) Carsidius Sacerdos.

„Reus, tamquam frumento Tacfarinatem iuvisset, absolvitur" (Tac. a. IV, 13 ad a. 776/23). A. 780/27 praetor ($I^2$ p. 71). Pros. I. 380.

619) C. Cassius L. f. L. n. Longinus.

Consul est suffectus a. 783/30 (X, 1233. Pompon. Dig. I, 2, 2). Senex initio Vespasiani imperii mortuus est (Pompon. l. c.). Pros. I. 428.

620) C. Cassius L. f. Longinus.

Consul est suffectus a. 764/11 ($I^2$ p. 29, 70, cf. p. 166. XII, 4333). Pros. I. 429.

621) L. Cassius L. f. L. n. Longinus.

Cos. ord. a. 783/30 ($I^2$ p. 71. X, 1233. VI, 29681. Dio ind. l. LVIII. Cassiodor. alibi cf. Sueton Caligula 24). Pros. I. 430.

622) C. Cestius Gallus.

Anno 774/21 senator fuit (Tac. a. III, 36). Pros. I. 571.

623) Cethegus Labeo.

A. 781/28 legatus legionis quintae (Tac. a. IV, 73. cf. Marquardt. R. St. V. $II^2$ p. 457). Pros. I. 580.

624) C. Cilnius P. f. Paetinus.

Tribunus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Ti. Caesaris Augusti, proconsul (VI, 1376). Pros. I. 606.

, 4, b.) 625) M. Claudius M. f. M. n. Marcellus Aesernin us.

Brevi post Augusti mortem quaestorius fortasse inter curatores riparum et alvei Tiberis (VI, 1237, 31544). Praetor peregrinus a. 772/19 ($I^2$ p. 70). Pros. I. 741.

626) M. Cocceius M. f. Nerva.

Tiberii aetate ante a. 777/24 consul est suffectus (VI, 1539. cf. Tac. a. IV, 58). Pros. I. 972.

627) Cominius.

Senator a. 777/24 (Tac. a. IV, 31). Dubito, num idem fuerit Cominius Proculus proconsul Cypri sub Claudio (cf. Pros. I p. 435. nr. 1018).

628) Considius.

Praetorius a. 784/31 (Tac. a. V, 8). Pros. I. 1026.

629) Ser. Cornelius Ser. f. Cethegus.

Cos. ord. a. 777/24 (VI, 10051. Frontin de aquis, 102. Dio ind. l. LVII. $I^2$ p. 71. I, 765. Tac. a. IV, 17). Pros. I. 1081.

630) Cornelius Fidus.

„In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis Ovidii generum (cf. Ovid. trist. liber IV, 10, 75. ineunte a. 754/1 editus), cum illum Corbulo (cf. nr. 646) struthocamelum depilatum dixisset“ (Seneca Dial. II, 17, 1). Pros. I. 1101.

631) Cossus Cornelius Cossi f. Cn. n. Lentulus.

Cos. ord. a. 778/25 ($I^2$ p. 71, 73. VI, 10051. XI, 3613. V, 5594. Cassiodor. Tac. a. IV, 34. Dio ind. l. LVII). Pros. I. 1125.

632) Cn. Cornelius Cossi f. Cn. n. Lentulus Gaetulicus.

Praetor peregrinus a. 776/23 ($I^2$ p. 71). Pros. I. 1134.

633) Cornelius Ser. f. Cn. n. Lentulus Maluginensis.

A. 776/23 in patris defuncti locum flamen Dialis factus est (Tac. a. IV, 16. cf. Livius XXVII, 8, 8. Marquardt R. St. V. $III^2$ p. 329). Pros. I. 1137.

(B, 4, b.) 634) Cn. Cornelius P.f. Lentulus Marcellinus.

Legatus pr. pr. Cyrenarum (History of the recent discoveries at Cyrene p. 109. nr. 1. cf. tab. 77). Filius fortasse consulis a. 736/18 (nr. 294). Pros. I. 1140.

635) P. Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentulus Scipio. cf. nr. 417.

636) P. Cornelius P. f. Cn. n. Cn. pron. Lentulus Scipio.

Consul est suffectus a. 777/24 (I² p. 71. Tac. a. III, 74). Pros. I. 1143.

637) Cornelius Sulla.

Inter illos, quos Tiberius a. 770/17 senatu movit aut sponte cedere passus est (Tac. a. II, 48). Pros. I. 1191.

638) Faustus Cornelius Sulla.

Consul est suffectus a. 784/31 (I² p. 71. Dig. XLVIII, 2, 12. X, 1233. XIV, 2466. VI, 2298). Pros. I. 1192.

639) (Cornelius) (Sulla) Felix.

Frater Arvalis aut a. 769/16 (Huelsen) aut a. 774/21 (Henzen) (VI, 2023 b, cf. 32339). Pros. I. 1196.

640) L. Cornelius Sulla Felix.

Praetor peregrinus a. 782/29 (I² p. 71). Pros. I. 1198.

641) A. Cremutius Cordus.

„Ἐν πύλαις ἤδη γήρως“ (Dio LVII, 24) a. 778/25 maiestatis in senatu accusatus est (Tac. a. IV, 34/5. Dio l. c.). Pros. I. 1281.

642) A. Didius Gallus.

A. 767/14 sine dubio senatui interfuit, quippe quem circa a. 736/18 natum (Adnot. ad III, 7247) (cf. Tacitus a. XII, 40) ad summos honores pervenisse sciamus (III, 7247. VI, 1248). Pros. II. 60.

643) Cn. Domitius Afer.

A. 779/26 praetorius fuit (Tac. a. IV, 52. Dio LIX, 19). Pros. II. 106.

644) Cn. Domitius L. f. Cn. n. L. pron. Ahenobarbus.

Frater Arvalis inde ab a. 780/27 (Bull. dell. Inst. 1882, p. 201). Pros. II. 109.

3, 4, b.)

645) Domitius Balbus.

Cum Tacitus eum ad a. 814/61 „praetorium, simul longa senecta“ nominet (Tac. a. XIV, 40), fortasse iam a. 767/14 senatui interfuit. Pros. II. 117.

646) Cn. Domitius Corbulo.

A. 774/21 praetura functus; senior, nam questus est apud senatum, quod L. Sulla iuvenis sibi loco non decessisset (Tac. a. III, 31). Pros. II. 122.

647) Domitius Pollio.

Domitii filia a. 772/17 virgo Vestalis capta est (Tac. a. II, 86). Non dubito, quin ille Domitius senator fuerit, cum Fonteius Agrippa, cuius filia etiam oblata non erat accepta, senatui interfuisse apparcat (Tac. a. II, 30, cf. nr. 653). Pros. I. 137.

648) M. Etrilius Lupercus.

A. 782/29 legatus proconsulis provinciae Cypri in titulo Cyprio commemoratur (Lebas-Waddington 2773). Pros. II. 74.

649) Q. Fabius Balbus.

Curator riparum et alvei Tiberis fuit (Röm. Mitt. 1889 p. 284. Not. degli scavi 1889 p. 70) illius collegii, cui L. Caninius Gallus, consul a. 752/2 suffectus (cf. nr. 380. 514), praefuit. Pros. II. 14.

650) Paullus Fabius Persicus.

Frater Arvalis a. 773/20 (Eph. ep. VIII, 318). Pros. II. 42.

651) Firmius Catus.

A. 769/16 ei praetura extra ordinem data est (Tac. a. II, 32. cf. II, 27). Pros. II. 122.

652) Cn Fla(v)ius Strab(o).

Praetor urbanus a. 784/31 ($I^2$ p. 71). Pros. II. 244.

653) Fonteius Agrippa.

A. 769/16 sine dubio senatorius Drusum Libonem accusavit (Tac. a. II, 30). Idem a. 772/19 filiam suam virginem Vestalem capiendam obtulit (Tac. a II, 86). Pros. II. 308.

(B, 4, b.) 654) Fronto.

Legatus pr. pr. provinciae Galatiae imperante Tiberio, successor Metelli (cf. nr. 689). (C. J. Gr. 4039.)

655) C. Fufius Geminus.

„Is gratia Augustae floruerat“ (Tac. a. V, 2). Augusto vivo, ut videtur. Quaestor pr. pr., tribunus plebis, legatus Augusti pr. pr., praefectus frumenti dandi, praetor, proconsul fuit (cf. V, 5832. VI, 10293). Cos. ord. a. 782/29 ($I^2$ p. 71. Tac. a. V, 1). Pros. II. 345.

656) L. Fulcinius Trio.

„Celebre inter (Libonis) accusatores Trionis ingenium erat“ (Tac. a. II, 28 ad a. 769/16. cf. II, 30). Consulatum gessit a. 784/31 ($I^2$ p. 71). Pros. II. 349.

657) C. Fulcinius Trio.

Praetor peregrinus a. 777/24 ($I^2$ p. 71). Hunc Fulcinium fortasse fratrem L. Fulcinii Trionis (nr. 656) fuisse recte mihi Dessau (Pros. II ad F. 349) censuisse videtur.

658) C. Fulviu(s .....)us.

Sub Tiberio proconsule fuit (VI, 30856. cf. 3675. Mommsen R. St. R. $II^3$ 673, 6).

659) Furius.

Cos. suff. Tiberio regnante post a. 769/16 cum (C.) Caninio Rebilo (cf. nr. 617), ut putat Borghesi in fastis ineditis (cf. Forcellini: Onomastikon tot. lat. III, p. 171).

660) Gracchus.

Praetor a. 790/37 (Tac. a. VI, 16). Pros. II. 122.

661) M. Herennius M. f. M. n. Picens.

cf. nr. 428.

662) M. Hortensius Q. f. Q. n. Hortalus.

Nepos oratoris, cui Augustus suadens, ut uxorem duceret, 250000 denarios donavit. Quod principem fecisse puto, ut ille paupertate afflictus senatu decedere non cogeretur. A. 769/16 Tiberii opem imploravit (Tac. a. II, 37/8. Suet. Tib. 47). Pros. II. 151.

663) Iunius.

Senator a. 780/27 commemoratur (Tac. a. IV, 64). Pros. II. 466.

, 4, b.)

664) Iunius Q. f. Blaesus.

Brevi post a. 781/28 consul est suffectus (Tac. a. VI, 40). Aut idem aut eius frater (nr. 665) a. 767/14 tribunus militum fuit (Tac. a. I, 19, 29). Pros. II. 477.

665) Q. Iunius Q. f. Blaesus.

Consul est suffectus a. 781/28 (VI, 10293. cf. Borghesi IV, p. 450). Pros. II. 480.

666) Iunius Gallio.

Ovidii poetae amicus (Seneca Suas. III, 7. cf. Ovid. ex P. IV, 11), senator (Tac. a. VI, 3. Dio LVIII, 18). Pros. II. 493.

667) Iunius Otho.

Praetor a. 775/22. Cum Seiani potentia senator factus sit (Tac. a. III, 66), incertum est, num anno 767/14 iam senatui interfuerit. Pros. II. 517.

668) Iunius Rusticus.

Senator a. 782/29 a Caesare „componendis patrum actis delectus“ (Tac. a. V, 4). Pros. II. 533.

669) C. Ap. Iunius Silanus.

Cos. ord. a. 781/28 (Notizie degli scavi 1892. p. 479. X, 1196. I² p. 71. Tac. a. IV, 68. Plin. h. n. VIII, 145). Pros. II. 541.

670) C. Iunius M. f. Silanus.

Pater C. Iunii Silani consulis a. 763/10 (nr. 536). Hunc quoque Silanum senatorem fuisse mea quidem sententia verisimile est, praesertim cum illis temporibus Iuniorum Silanorum stirps summo esset in flore. Pros. II. 544.

671) L. (Iunius) Silanus.

Flamen Martialis (V, 4921, 2). Eum a. 779/26 consulem esse suffectum non sine probabilitate putat Dessau (Pros. l. i. V. l. c.). Pros. II. 548.

672) (M. Iunius M. f. M. n. D. pron. Silanus).

Quamquam eius nulla nisi in filii consulatu mentio fit, tamen hunc Silanum, filium fortasse consulis a. 729/25 (nr. 47. 255. 430),' senatorem fuisse puto. Pros. II. 550.

(B, 4, b.) 673) M. Iunius M. f. Silanus (Torquatus).

Cos. ord. a. 772/19 (Dio ind. l. LVII, LVII, 18. VI, 1437, 1496. I² p. 73, 74). Pros. II. 552.

674) Latinius Latiaris.

A. 781/28 praetura functus traditur (Tac. a. IV, 68/9. Dio LVIII, 1). Pros. II. 76.

675) Latinius Pandusa.

Legatus pr. pr. provinciae Moesiae a. 771/18 vel paullo antea mortuus est (Tac. a. II, 66). Pros. II, 78.

676) M. Licinius (M. f.) Crassus Frugi.

Praetor urbanus a. 777/24 (I² p. 71. Dessau inscr. lat. sel. 954). Pros. II. 130.

677) P. Licinius Stolo. cf. nr. 433.

678) C. Livin(. . . .) Gallus.

Quaestor pr. pr. provinciae Asiae sub Africano Fabio Maximo proconsule (cf. nr. 367. cf. Dio LIII, 14). (Nummus apud L. Müller numismat. de l'anc. Afrique II, p. 61 nr. 37. Borghesi I, p. 252). Pros. II. 199.

679) Livineius L. n. Regulus.

A. 773/20 in senatu adfuit (Tac. a. III, 11). Pros. II. 200/1.

680) M. Lollius M. f. cf. nr. 438.

681) Longinus.

C. Cassii Longini, consulis a. 783/30 (cf. nr. 619), aequalis; equestris ordinis postea usque ad praeturam pervenit (Pompon. Dig. I, 2, 2, 52). Pros. II. 246.

682) Q. Lucanius Latinus.

Praetor aerarii a. 772/19 (VI, 1496). Pros. II. 258.

683) C. Lucretius Rufus.

Tiberii aetate proconsul vel legatus provinciae Cypri (III, 12104). Pros. II. 301.

684) Magius Caecilianus.

Praetor a. 774/21 (Tac. a. III, 37). Pros. II. 71.

685) Q. Marcius C. f. Barea.

Dessau eum circa a. 785/32 consulem fuisse statuit, quod a. 795/42 demum Africae proconsulatu functus esset (VIII, 11000 (= Eph. ep. VII, 1), 19492 (= 6987)); Bor-

, 4, b.) ghesi (Henzen ann. inst. 1855 p. 14) eius consulatum ad a. 771/18 rettulit (cf. Pros. l. i.). Pros. II. 160.

686) Q. Mar(i)us Celsus.

Praetor peregrinus a. 784/31 ($I^2$ p. 71).

Pros. II. 225.

687) P. Memmius P. f. Regulus.

Consul est suffectus a. 784/31 (X, 1233. $I^2$ p. 71).

Pros. II. 342.

688) Mescinius Stra ... (?).

Proconsul (Achaiae?) nominatur in nummis Chalcidensium cum capite et Augusti (Imhoof-Blumer mon. grecq. p. 222 n. 57/8. Muret revue num: 1883 p. 66 n. 7) et Liviae (Imhoof-Blumer. l. c. n. 59). Quod huius Mescinii nummus Liviae caput ostendit, ille sine dubio non multo ante Augusti mortem proconsulatum gessit, quia nummi in Liviae honorem cusi omnes vel ad Augusti principatum exeuntem vel ad Tiberii imperium iniens referendi sunt (cf. Cohen I p. 169 seq.).

Pros. II. 361.

689) Metellus.

Legatus Augusti pr. pr. brevi post a. 763/10, ut videtur (C. I. Gr. 4039).

690) Post(umus) Mimisius C. f. Sardus.

Tribunus militum, quaestor, aedilis plebis, praetor, legatus Ti. Caesaris Augusti ... (XIV, 3598).

Pros. II. 422.

691) Q. Modius.

Frater C. Vibii Postumi, consulis a. 758/5 (nr. 524) (cf. titulus l. c.), et A. Vibii Habiti, consulis a. 761/8 (cf. nr. 756). Legatus fortasse Postumi fratris Asiae proconsulis statua est honoratus Magnesiae ad Maeandrum sitae; neque enim eam ei propter fratris merita esse dedicatam puto (cf. Dessau Pros. III p. 424).

Pros. II. 480.

(B, 4, b.) 692) L. Naevius L. f. Surdinus.

Praetor inter cives et peregrinos (VI, 1468). Consul est suffectus a. 783/30 (I² p. 71. X, 1233).

Pros. II. 12.

693) L. Nonius L. f. L. n. L. pron. Asprenas.

Consul est suffectus a. 782/29 (I² p. 71. X, 1233. I, 767/8. IV, 1555.) Pros. II. 94.

694) S. Nonius L. f. L. n. Quinctilianus. cf. nr. 449.

695) L. Norbanus C. f. Balbus.

Cos. ord. a. 772/19 (I² p. 70, 73, 74. Dio ind. l. LVII. LVII, 18). Pros. II. 134.

696) Occius Flamma.

Proconsul fuit Cretae fortasse Tiberio regnante (Sen. controv. IX, 4, 19). Pros. II. 5.

697) P. Octavius.

Cretae et Cyrenarum proconsul fuit post a. 767/14 sed ante a. 782/29 (cf. Dittenberger Eph. ep. I, 112. C. I. A. III, 610—III, 8a). Pros. II. 15.

698) Octavius Fronto.

Praetura functus a. 769/16 in senatu adest. (Tac. a. II, 33). Pros. II. 24.

699) M. Opsius (Navius Fannianus).

Praetorius a. 781/28 M. Opsius nominatur (Tac. a. IV, 68, 71). Alius fortasse non fuit M. Opsius Navius Fannianus, decemvir stlitibus diiudicandis, tribunus legionis V Macedonicae, quaestor Ponti et Bithyniae, aedilis, praefectus frumenti dandi ex s. c., praetor (C. I. Gr. 5793 = Inscr. Siciliae gr. Ital. 719). Pros. II. 81/2.

700) M. Paconius.

Legatus (praetorius) C. Silani, qui non multo ante a. 775/22 proconsul Asiae praefuit (Tac. a. III, 67).

Pros. III. 15.

701) Pacuvius.

A. 772/19 legatus legionis VI in Syria est (Tac. a. II, 79. cf. Borghesi V, 92). Pros. III. 33.

3, 4, b.)

702) L. Passienus Rufus. cf. nr. 450.

703) Passienus L. f. Rufus.

Filius fortasse L. Passieni Rufi (nr. 450, 702). Tribunus militum nominatur in titulo Thuggensi.

704) Paulus.

Praetorius sub Tiberio. (Sen. ben. III, 26).

Pros. III. 129.

705) Petilius Rufus.

A. 781/28 praetura functus commemoratur (Tac. a. IV, 68). Pros. III. 192.

706) C. Pet(ronius).

Consul est suffectus a. 778/25 (I, 766). Vide, num idem fuerit C. Petronius Umbrinus curator locorum publicorum iudicandorum ex s. c. (VI, 1266. Borghesi III, 364. Mommsen Herm. XIII p. 106, 2. Pros. III p. 31, nr. 236). Pros. III. 197.

707) (A.) Plaut(ius). cf. nr. 454.

708) A. Plautius.

Consul est suffectus a. 782/29 ($I^2$ p. 71. I, 767 cf. IV. nr. 1555). Pros. III. 344.

709) M. Plautius Silvanus.

Praetor urbanus a. 777/24 (Tac. a. IV, 22. Henzen fasti Arval. p. CCXLIV). Pros. III. 362.

710) Pollio.

Consul suffectus est Tiberii temporibus (VI, 14221). Pros. III. 412.

711) Cn. Pompeius Q. f. cf. nr. 25. 238. 459.

712) (C aut P.?) Pomponius L. f. Graecinus.

Consul suffectus est a. 769/16 ($I^2$ p. 72. VI, 10399. Dio ind. l. LVII.) Pros. III. 540.

713) Pomponius Labeo.

Legatus praetorius Moesiae intra annos 778/25 et 786/33 (Dio LVIII, 24. Tac. a. IV, 47; VI, 29). Pros. III. 546.

714) L. Pontius Ni[grinus?].

Praetor aerarii a. 773/20 (Mitt. d. arch. Inst. röm. Abt. 1891. VI p. 159). Pros. III. 604.

(B, 4, b.) 715) C. Pontius Paelignus.

Legatus pr. pr. iterum ex s. c. et ex auctoritate Ti. Caesaris (V 4348). Pros. III. 605.

716) Q. Poppaeus Q. f. Q. n. Secundus.

Consul a. 762/9 suffectus est ($I^2$ p. 29, 72, cf. 166. Dio LVI, 10). Alius non fuisse videtur Poppaeus Asiae proconsul Tiberio regnante (Mionnet II p. 595, n. 544. Waddington fast. n. 68). Pros. III. 628.

717) M. Porcius (M. f.) Cato.

A. 781/28 praetura functus „cupidine consulatus" Titium Sabinum aggreditur (Tac. a. IV, 68). Fieri potest, ut idem fuerit M. Porcius M. f. titulo honoratus (C. I. A. III, 651). Pros. III. 635.

718 .....us Proc(ulus).

A. 769/16 praetor aerarii ($I^2$ p. 74).

Pros. III. 748.

719) Regulus.

Consul a. 771/18 suffectus ($I^2$ p. 72. X, 6639).

Pros. III. 33.

720) L. Rubellius Geminus.

Cos. ord. a. 782/29 ($I^2$ p. 71. VI, 2022 = XIV, 2227. Tac. a. V, 1 alibi). Pros. III. 84.

721) T. Rustius Nummius Gallus.

Cos. suff. a. 771/18 ($I^2$ p. 72 = X, 6639. cf. VI, 244).

Pros. III. 164.

722) C. Sall(ustius?).

Consul suffectus a. 780/27 ($I^2$ p. 71. Henzen. acta Arval. CCXLV). Pros. III. 53.

723) Q. Sanquinius (M. f. Q. n.) Maximus.

Consularis a. 785/32 (Tac. a. VI, 4). Hunc esse consulem suffectum (M)axim(um) a. 776/23 in fratrum Arvalium fastis nominatum ($I^2$ p. 71. Borghesi. III p. 326) Henzenus magna cum probabilitate coniecit (ad C. I. L. $I^2$ p. 71). Pros. III. 136.

724) M. Satrius Valens.

Praetor urbanus a. 772/19 ($I^2$ p. 70).

Pros. III. 154.

4, b.) 725) L. Scribonius L. f. (L. n.) Libo.

Cos. ord. a. 769/16 ($I^2$ p. 72, 73, 74. Dio ind. l. LVII. LVII, 15. XIV, 2502). Pros. III. 212.

726) M. Scribonius (L. f. L. n.) Libo Drusus.

A. 769/16 Tiberius „Libonem ornat praetura“ (Tac. a. II, 28 cf. 27). Pros. III. 214.

727) L. Seius Tubero.

A. 769/16 Germanico in Germania versanti legatus adfuit (Tac. a. II, 20). A. 771/18 consul est suffectus ($I^2$ p. 70, 72. cf. XI, 3196). Fortasse idem fuit L. Seius proconsul Siciliae (Borghesi VIII, 396. Greek coins in the British mus. Sicil. p. 128/13. Klein Verwaltungsbeamte I p. 93). Pros. III. 240. 248.

728) C. Sentius C. f. C. n. Saturninus. cf. nr. 326, 354.

729) C. Sentius C. f. C. n. Saturninus. cf. nr. 474.

730) Q. Servaeus.

Inde ab a. 770/17 provinciae Commagenae primus legatus pr. pr. praefuit. (Tac. a. II, 56 cf. VI, 7. Marquardt R. St. V. $I^2$ p. 399). Pros. III. 398.

731) Servilius Vatia.

Praetorius Tiberii aetate abditus vitam degit. (Sen. ep. LV.). Pros. III. 430.

732) L. Sext(ius Paconianus.).

Praetor peregrinus a. 779/26 ($I^2$ p. 71.). L. Sextius Paconianus Tiberii temporibus saepius dictus (Tac. a. VI, 3, (4), 39. cf. VI, 10213) alius non fuisse videtur. Pros. III. 462. 475.

733) ...(Sex)tius P. f. (T)arquitianus.

[q. vel pr.] urbanus, praefectus frumenti dandi ex s. c. (XIV, 4005.). Eum fratrem fortasse P. Sextii Lippini Tarquitiani (nr. 575) fuisse Dessau non sine veritatis specie coniecit (Pros. l. i.), praesertim cum utrumque P. filium fuisse constet. Pros. III. 477.

734) P. Silius (P. f. P. n.) Nerva.

Cos. ord. a. 781/28. (X, 1196. Notizie degli scavi

(B, 4, b.) 1892 p. 479. Plin. h. n. VIII, 145. Tac. a. IV, 68. Cassiodor.). Pros. III. 513.

735) Silvanus.

Legatus pr. pr. Galatiae imperante Tiberio (C. J. Gr. 4039.). Alius certe fuit M. Plautius Silvanus, praetor urbanus a. 777/24. (cf. nr. 709.).

736) S. Sotidius S. f. Strabo Libuscid(ius).

Sine dubio praetorius inter curatores riparum et alvei Tiberis brevi post a. 768/15, ut videtur, nominatur. (VI, 1237, 31544.). Pros. III. 571.

737) Sisenna Statilius T. f. (T. n.) Taurus. (= T. Statilius Sisenna Taurus?).

Cos. ord. a. 769/16. (I² p. 72, 73, (74). Dio ind. l. LVII. LVII, 15). Pros. III. 613.

738) T. Statilius T. f. (T. n.) Taurus.

Cos. ord. a. 764/11. (I² p. 72, 166, 167. IX, 1456. XII, 4333. XIV, 2302. Dio ind. l. LVI. LVI, 25.). Pros. III. 617.

739) L. Stertinius.

A. 768/9 = 15/6 bello contra Germanos gesto interfuit. Non dubito, res gestas eius respiciens, quin tum legatus pr. pr. fuerit. (cf. Tac. a. I, 60, 71. II, 8, 10, 11, 17, 22). Pros. III. 657.

740) Q. Sulpicius Q. f. Q. n. Camerinus.

Cos. ord. a. 762/9 (I² p. 29, 72, 166, 167. Dio ind. l. LVI. LVI, 1.). Potest, ut idem Camerinus sit ab Ovidio poeta in epistula (ex P. IV, 16, 19.) commemoratus. Illa epistula c. a. 768/15 composita est. cf. Teuffel. R. L. G. p. 530, A. 2.). Pros. III. 712.

741) C. Sulpicius Galba.

Cos. ord. a. 775/22. (I² p. 70, 73. Dio ind. l. LVII). Pros. III. 721.

742) Sura.

Proconsul Siciliae vel Augusti vel Tiberii aetate praefuit. (Klein. Verwaltungsbeamte I p. 103. Plin. h. n. VII, 55. Solin I. 83). Pros. III. 746.

4, b.) 743) S. Tedius (sive Teidius) Valerius Catullus.

Consul suffectus a. 784/31 ($I^2$ p. 71, 240. X, 1233. XIV, 2095, 2466). Pros. III. 38.

744) Titedius Labeo.

Praetor, proconsul provinciae Narbonensis (Plin. h. n. XXXV, 20). A. 772/19 uxore Vistilia propter impudicitiam in insulam Seriphon relegata ipse vituperatus est, quod „ultionem legis (sc. Juliae) omisisset". (Tac. a. II, 85). Quia porro hunc Titedium paullo ante Plinii tempora „in longa senecta" esse exstinctum constat (Plin. l. c.), sine dubio et novissimis Augusti temporibus et prima Tiberii aetate munera senatoria gessit, praesertim cum minime sit veresimile Tiberium ei post a. 772/19 favisse. Pros. III. 185.

745) Cn. Tremelius.

Consul suffectus a. 774/21 (VI, 2023 b. v. 16—18 cf. Eph. ep. VIII p. 318). Pros. III. 248.

746) Tuticanus. cf. nr. 484.

747) ... Valerius L. f. Catull(us).

Consul divo Augusto titulum posuit (XIV, 2095). Sine dubio necessitudine coniunctus cum L. Valerio Catullo, triumviro monetale (cf. nr. 485). Pros. III. 37.

748) M. Valerius M. f. M. n. Messalla Barbatus.

M. Valerii Messallae Barbati, consulis a. 742/12 (cf. nr. 336), filius. Claudii consobrinus, qui eius filiam Valeriam Messalinam uxorem duxit (Sueton Claud. 26). Etsi de huius Valerii cursu honorum nihil traditur, non est dubitandum, quin ad summos honores pervenerit. Pros. III. 88.

749) M. Valerius Messalla (Messallinus?).

Cos. ord. a. 773/20 ($I^2$ p. 70, 73, 74. Tac. a. III, 2. Dio ind. l. LVII alibi). Pros. III. 92.

750) Valerius M. f. Naso.

Praetor ante a. 779/26 (Tac. a. IV, 56). Pros. III. 97.

(B, 4, b.) 751) P. Vellaeus.

A. 774/21 „proximum (Thraciae) exercitum praesidebat“. (Tac. a. III, 39). Eum tum legatum pr. pr. Moesiae fuisse Nipperdey (ad Tac. l. c.) haud dubie recte coniecit (cf. Domaszewski Rh. Mus. 45. 1890 p. 3).

Pros. III. 231.

752) C. Vellaeus Tutor.

Consul est suffectus a. 779/26, ut H. Dessau statuit (V, 4921, 4922. cf. Pros. l. i.). Pros. III. 233.

753) Q. Veranius.

A. 771/18 „Cappadoces in formam provinciae redacti Q. Veranium legatum accepere“. (Tac. a. II, 56).

Pros. III. 265.

754) Vespasius.

Imperatoris Vespasiani avunculus. Senator praetoriae dignitatis. (Sueton Vesp. 1.). Pros. III. 298.

755) Vibidius Virro.

Inter eos, quibus Tiberius a. 770/17 senatoriam dignitatem demit (Tac. a. II, 48). Pros. III. 372.

756) A. Vibius C. f. C. n. Habitus.

Cos. suff. a. 761/8 ($I^2$ p. 29, 166. VI, 21383).

Pros. III. 384.

757) C. Vibius Libo.

Cos. suff. a. 769/16 ($I^2$ p. 72 = X, 6639).

Pros. III. 386.

758) C. Vibius Marsus.

Cos. suff. a. 770/17 ($I^2$ p. 70, 72). Pros. III. 388.

759) C. Vibius C. f. Rufinus.

Consul est suffectus a. 775/22. (Eckhel. VI p. 192. VI, 9005 cf. VI, 1539. Mommsen Korrespondenzblatt d. Westdeutschen Ztschrft. 1888. VII p. 58, 2).

Pros. III. 395.

760) (C?) Vibius Serenus.

A. 769/16 inter Drusi Libonis accusatores (Tac. II, 30). Proconsul Hispaniae citerioris a. 774/5 = 21/22 (?) (Tac. a. IV, 13). Pros. III. 399.

4, b.) 761) M. Vinicius (vel Vinucius) P. f. cf. nr. 344. 355.

762) M. Vinicius.

Cos. ord. a. 783/30 ($I^2$ p. 71. Dio ind. l. LVIII cf. Vell. I, 8, 1. alibi). Pros. III. 445.

763) Vipstanus Gallus.

Praetor a. 770/17 mortuus est (Tac. a. II, 51).
Pros. III. 466.

764) P. Viriasius Naso.

Tribunicius P. Nonio Asprenati (consuli a. 759/6) curatori loc. public. iudic. adfuit (VI, 1267 a, b. 31573 (= Bull. com. 1885 p. 97). Post a. 784/31 tres annos Cretae praefuit. (III, 12036 = Dessau inscr. l. sel. 158).
Pros. III. 475.

765) L. Visellius C. f. C. n. C. pron. Varro.

Curator riparum et alvei Tiberis circa a. 769/16 (VI, 1237, 31544). Pros. III. 488.

766) S. Vistilius.

Praetorius; „senex manus sibi attulit“. (Tac. a. VI, 9. ad a. 785/32). Pros. III. 489.

767) A. Vitellius P. f.

Filius P. Vitelli procuratoris Augusti natu maximus, ut ex filiorum recensione apud Suetonium tradita sequi videtur. (Suet. Vit. 2). A. 785/32 demum consul suffectus ($I^2$ p. 71. X, 1233) in consulatu obiit. (Suet. Vit. l. c.).
Pros. III. 497.

768) A. Vitellius A. f.

Legatus pr. pr. Ti. Caesaris Augusti (VI, 879).
Pros. III. 498.

769) L. Vitellius P. f.

Frater A. Vitelli (nr. 767). Frater Arvalis fortasse ante a. 782/29. (VI, 2026 v. 6 = Henzen acta Arvalium p. XXXVIII). Pros. III. 500.

770) L. Voluseius Proculus.

Consul a. 770/17 suffectus ($I^2$ p. 70, 72).
Pros. III. 646.

771) L. Volusenus Catulus.

Paenultimus collegii curatorum locorum publicorum

, 1, a.) iudicandorum, cui L. Nonius Asprenas, consul a. 759/6 (cf. nr. 448), praefuit. Pros. III. 647/8,

632 viris, qui Augusti aetate senatui Romano intererant, indagatis[a]), nunc illo ex numero, qui fuerint patricii, spectem. Primum igitur, ut cognoscatur, quantopere bellis civilibus post Caesaris mortem gestis eorum compositio mutata sit, seriem a Ribbeckio ad annum 710/44 datam[b]) cum ea quae fuit anno 723 comparabo.

(Series cf. p. 101.)

Duabus igitur seriebus comparatis apparet Aemilios Scauros et Fabios Maximos, qui a. 711/43 latebant, a. 723/31 in senatu fuisse, sed post libertatem amissam evanuisse vidimus gentium Furios, Quinctilios, Servilios, Sulpicios, stirpium Claudios Nerones, Cornelios Sullas, Manlios Acidinos, Valerios Flaccos, quorum dimidia certe pars liberae reipublicae studuit. Nam et S. Quinctilius Varus post pugnam Philippensem manus sibi attulit (Vell. II, 7, 13), et Q. Servilius Q. f. Caepio Brutus (Dio XLVII, 49. App. b. c. IV, 131); porro Ser. Sulpicius Galba lege Pedia est condemnatus (Sueton Galba, 3), Ti. Claudius Nero a. 711/43 proscriptus in fugam se conicere coactus est (Tac. a. VI, 51). Senatus Romani statum, qui tum erat, non minus significat, quod patricii civilibus motibus perfuncti tertia ex parte libertatis erant amantes. Paullus Aemilius Lepidus (nr. 18) a. 711/43 proscriptus legatus Cretam Bruto occupavit (App. b. c. V, 21), deinde proscripti post Caesaris mortem traduntur: L. Aemilius Paullus (nr. 62), A. Manlius Torquatus (nr. 155), Sergius (nr. 55).

Inter Octaviani adversarios praeter viros liberae reipublicae studentes ex patriciis etiam referendi sunt: M. Aemilius Lepidus (nr. 3) eiusque filius (nr. 61), qui a. 724/30 coniuratione facta occisus est (Vell. II, 88, 1), M.

---

a) cf. Index infra.

b) „Senatores Romani qui fuerint Idibus Martiis a. 710“. p. 81.

1, a.)

| | 710 | 723 |
|---|---|---|
| Aemilii: Lepidi, Paulli | 1 (?) + 4 | 4[1]) |
| Scauri | 0 | 1[2]) |
| Claudii: Nerones | 1 | 0 |
| Pulchri | 2 | 3[3]) |
| Cornelii: Lentuli | 2 (?) + 2 | 3[4]) |
| Scipiones | 1 | 1[5]) |
| Sullae | 1 | 0 |
| Fabii: Maximi | 0 | 1[6]) |
| Furii: Camilli | 1 (?) | 0 |
| Julii: Caesares | 1 | 1[7]) |
| Manlii: Acidini | 1 (?) | 0 |
| Torquati | 1 | 1[8]) |
| Pinarii | 1 (?) | 1 (?)[9]) |
| Postumii | 1 (?) | 1 (?)[10]) |
| Quinctilii: Vari | 1 | |
| Sergii: Catilinae | 1 (?) | 1 (?)[11]) |
| Servilii: Caepiones | 1 | |
| Sulpicii: Galbae | 1 | |
| Rufi | 3 | |
| Valerii: Flacci | 1 | |
| Messallae | 2 | 4[12]) |
| | 8 (?) + 22 | 19 + 3 (?) |

[1]) M. Aemilius Lepidus (nr. 3). M. Aemilius Lepidus (nr. 61). Paullus Aemilius Lepidus (nr. 18). L. Aemilius Paullus (nr. 62).

[2]) M. Aemilius Scaurus (nr. 63).

[3]) Ap. Claudius Pulcher (nr. 101). Ap. Claudius Pulcher (nr. 102). P. Claudius Pulcher (nr. 103).

[4]) Cn. Cornelius Lentulus (nr. 121). L. Cornelius Lentulus (nr. 122). L. Cornelius L. f. Lentulus (nr. 29).

[5]) P. Cornelius Scipio Salvitto (nr. 124).

[6]) Q. Fabius Maximus (nr. 129).

[7]) C. Julius Caesar (nr. 1).

[8]) A. Manlius Torquatus (nr. 155).

[9]) L. Pinarius Scarpus (nr. 36).

[10]) Postumius (nr. 56).

(verte).

(C, 1, a, b.) Aemilius Scaurus post pugnam Actiacam morte damnatus (nr. 63), Ap. Claudius Pulcher (nr. 102), L. Cornelius Lentulus (nr. 29. cf. Cicero Phil. III, 10), L. Pinarius Scarpus (nr. 36), Postumius (56). Cuius partes P. Claudius Pulcher (nr. 103), L. Cornelius Lentulus (nr. 122), P. Cornelius Scipio Salvitto (nr. 124), Q. Fabius Maximus (nr. 129), M. Valerius Messalla (nr. 5) secuti sint, parum est apertum.

Quae cum ita sint, patriciorum Octaviani de imperio decertantis amicissimi non erant nisi Ap. Claudius Pulcher (nr. 101), Cn. Cornelius Lentulus (?) (nr. 121), M. Valerius Messalla Corvinus (nr. 23), M. Valerius Messalla Potitus (nr. 22), Valerius Messalla Potitus (nr. 211).

Patricii insequentium annorum Augusti imperii fuerunt:

A. **727/27**: Aemilius Lepidus (nr. 264), M. Aemilius Lepidus (nr. 223. cf. nr. 3), Paullus Aemilius Lepidus (nr. 232. cf. nr. 18), Q. Aemilius Lepidus (nr 265); — Ap. Claudius (Ap. f. Pulcher) (nr. 285), P. Clodius Pulcher (?) (nr. 286) —; P. Cornelius Dolabella (nr. 292), Cn. Cornelius L. f. Lentulus (nr. 293), L. Cornelius Lentulus (nr. 244. cf. nr. 29), P. Cornelius Lentulus Marcellinus (nr. 294), P. Cornelius Scipio (nr. 295) —; Paullus Fabius Q. f. Maximus (nr. 252), Q. Fabius Maximus (nr. 299. cf. nr. 129); — C. Julius Caesar (nr. 221. cf. nr. 1); — L. Pinarius Scarpus (nr. 245. cf. nr. 36); — C. Sulpicius Galba (nr. 329); — M. Valerius Messalla (nr. 225. cf. nr. 5), M. Valerius Messalla Barbatus Appianus (nr. 336), M. Valerius Messalla Corvinus (nr. 236. cf. nr. 23), M. Valerius Messalla Potitus (nr. 235. cf. nr. 22), Valerius Messalla Potitus (nr. 337. cf. nr. 211).

[11]) Sergius (nr. 55).

[12]) M. Valerius Messalla (nr. 5). M. Valerius Messalla Corvinus (nr. 23). M. Valerius Messalla Potitus (nr. 22). Valerius Messalla Potitus (nr. 211).

C, 1, b.) **A. 747/7**: Paullus Aemilius Lepidus (nr. 389. cf. nr. 18. 232), L. Aemilius L. f. Paullus (nr. 390); — Ap. Claudius (Ap. f. Ap. n. Pulcher) (nr. 412), Claudius Pulcher (?) (nr. 411); — Cossus Cornelius Cn. f. Lentulus (nr. 381), Cn. Cornelius L. f. Lentulus (nr. 356. cf. nr. 293), L. Cornelius L. f. Lentulus (nr. 379), Cn. Cornelius L. f. Lentulus Augur (nr. 361), P. Cornelius Cn. f. Cn. n. Lentulus Scipio (nr. 417), P. Cornelius P. f. P. n. Scipio (nr. 358. cf. nr. 295), L. Cornelius P. f. Sulla (nr. 377); —

Paullus Fabius Q. f. Maximus (nr. 365 cf. nr. 252), Africanus Fabius Q. f. Maximus (nr. 367); —

C. Julius Caesar (nr. 348. cf. nr. 1. 221), Ti. Julius Caesar (nr. 349); —

P. Quinctilius S. f. Varus (nr. 362), (S.) Quinctilius P. f. S. n. Varus (nr. 463); —

T. Quinctius T. f. Crispinus Sulpicianus (nr. 368), T. Quinctius T. f. Crispinus Valerianus (nr. 464); —

Ser. Sulpicius C. f. Galba (nr. 479), (Sulpicius) Galus (nr. 480); —

M. Valerius Messalla (nr. 350 cf. nr. 5, 225), M. Valerius Messalla Corvinus (nr. 352. cf. nr. 23, 236), M. Valerius Messalla Messallinus (nr. 486), L. Valerius Messalla Volesus (nr. 487).

---

**A. 767/14**: M'. Aemilius Lepidus (nr. 538), M. Aemilius Lepidus (nr. 526), L. (Aemilius) Paullus (nr. 557), Mamercus Aemilius Scaurus (nr. 548); —

P. Cornelius P. f. P. n. Dolabella (nr. 535), Cn. Cornelius L. f. Lentulus (nr. 500. cf. 293. 356), Cossus Cornelius Cn. f. Lentulus (nr. 515. nr. 381), Cossus Cornelius Cossi f. Cn. n. Lentulus (nr. 631), Cn. Cornelius Lentulus Augur (nr. 504. cf. nr. 361), Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus (nr. 632), Cornelius Ser. f. Lentulus Maluginensis (633), Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis

(C, 1, b; 2, a.) (537), Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus (nr. 634), P. Cornelius Cn. f. Lentulus Scipio (nr. 635. cf. nr. 417), P. Cornelius P. f. Lentulus Scipio (nr. 636), Cornelius Sulla (nr. 637), Faustus Cornelius Sulla (nr. 638), Cornelius Sulla Felix (nr. 639), L. Cornelius Sulla Felix (nr. 640); —

Paullus Fabius Q. f. Maximus (nr. 507. cf. nr. 252. 365); —

Furius (nr. 659), M. Furius Camillus (nr. 531); —

C. Julius Caesar (nr. 496. cf. nr. 1, 221, 348), Ti. Julius Caesar (nr. 497. cf. nr. 349), Germanicus Julius Caesar (nr. 498), Drusus Julius Caesar (499); —

T. Quinctius Crispinus Valerianus (nr. 518. cf. 464); —

C. Sulpicius Galba (nr. 741); —

M. Valerius Messalla Barbatus (nr. 748), M. Valerius Messalla (Messallinus) (nr. 749), M. Valerius M. f. Messalla Messallinus (nr. 513).

Augusto igitur imperante veteres patriciorum gentes partim magis magisque dilabebantur partim tum demum summum florem assequebantur. Itaque inter senatores a. 767/14 non inveniuntur Claudii Pulchri, Claudii Nerones, Cornelii Scipiones, Manlii Acidini, Manlii Torquati, Pinarii, Postumii, Sergii, Quinctilii, Servilii, Sulpicii Gali aut Rufi, Valerii Flacci. Ceterae quoque familiae non nisi principis auxilio quandam auctoritatem servavisse videntur praeter Julios et Corneliam gentem, quae Augusti aetate mirum in modum aucta est. A. 723/31 quattuor tantum Cornelii inter senatores videbamus, deinde a. 727/27 quinque, tum a. 747/7 septem, postremo a. 767/14 quindecim gentiles.

Postquam supra (cf. C. 1 a) patricii senatus factiones paucis percucurrimus, qualem totus senatus libera republica exeunte Octaviano et Antonio de summa re certantibus se praebuerit, quaerere haud est absurdum.

Communis libertatis propugnatorum pars etiam tum validior fuit. Quorum in numero versati sunt:

', 2, a.) 1) L. Aemilius M. f. Paullus (nr 62), 2) M'. Aquilius Crassus (nr. 70), 3) (T.) Arruntius (nr. 73), 4) Cn. Calpurnius Piso (nr. 52), 5) A. Cascellius (nr. 51), 6) Cassius Parmensis (nr. 34), 7) C. Clodius (nr. 104), 8) L. (Cornelius) Cinna (nr. 119), 9) (C.) Hosidius Geta (nr. 145), 10) L. Julius Mocilla (nr. 147), 11) A. Manlius Torquatus (nr. 155), 12) L. Sestius Quirinus (nr. 54), 13) Sittius (nr. 199), 14) M. Terentius Varro (Reatinus) (nr. 26), 15) Tillius (nr. 204), 16) L. Titius (nr. 207), 17) M. Valerius Messalla (nr. 5), 18) Verginius (nr. 213), 19) T. Vinius (nr. 218).

Qui viri imperii certamini interfuisse non videntur; haud enim dubie L. Aemilium Paullum (nr. 62), Cn. Calpurnium Pisonem (nr. 52), A. Cascellium (nr. 51), L. Sestium Quirinum (nr. 54), M. Terentium Varronem (nr. 26), M. Valerium Messalam (?) (nr. 5) tum a negotiis publicis se removisse scimus.

Alii porro libertati faventes aut ad Antonium aut ad Octavianum se adiunxerunt. Cum tamen huius partes soli 1) L. Arruntius (nr. 37), 2) Balbinus (nr. 83), 3) Q. Caecilius Metellus Creticus (nr. 50), 4) C. Cocceius Nerva (nr. 110), 5) Marcus (nr. 41) sequerentur, ad illius amicitiam se aggregaverunt 1) Appuleius (nr. 67), 2) 3) Aquillii Flori (nr. 71/2), 4) Barbula (nr. 40), 5) M. Caecilius Metellus Creticus (nr. 45), 6) L. Calpurnius Bibulus (nr. 89), 7) L. Cassius Longinus (nr. 95), 8) C. Coponius (nr. 115), 9) Cn. Domitius Ahenobarbus (nr. 20), 10) Lucilius (nr. 153), 11) C. Sentius Saturninus Vetulo (nr. 188), 12) Sergius (nr. 55), 13) P. Turullius (nr. 35), — ergo aliquanto plures.

Item res se habet, quod ad Pompeianos attinet, quorum ex numero ad Antonium 1) Antistius (Labeo) (nr. 66), 2) C. Fannius (nr. 132), 3) Q. Minucius Thermus (nr. 160), 4) Q. Nasidius (nr. 39), 5) Plennius (nr. 176), 6) L. Scribonius Libo (nr. 186) se contulerunt, ad Octavianum Tisienus Gallus (nr. 205) et M. Tullius Cicero (nr. 28) soli transgressi sunt.

(C, 2, a.) Inter multos Antonio faventes, qui senatui intercerant, praeter eos quos iam supra commemoravi nominandi sunt hi: 1) M. Aemilius Lepidus (nr. 61), 2) M. Aemilius Scaurus (nr. 63), 3) C. Asinius Pollio (nr. 8), 4) L. Ateius Capito (nr. 77), 5) M. Barbatius (nr. 84), 6) Q. Caerellius (nr. 87), 7) P. Canidius Crassus (nr. 9), 8) M. Claudius Marcellus Aeserninus (nr. 100), 9) Ap. Claudius Pulcher (nr. 102), 10) L. Cluvius (nr. 108), 11) C. Cocceius Balbus (nr. 109), 12) L. Cornelius Lentulus (nr. 29), 13) C. Furnius (nr. 30), 14) L. Gellius Publicola (nr. 15), 15) Geminius (nr. 142), 16) M. Insteius (nr. 33), 17) M. Licinius Crassus Dives (nr. 150), 18) L. Marcius Censorinus (nr. 10), 19) L. Messius (nr. 49), 20) M. Octavius (nr. 32), 21) L. Pinarius Scarpus (nr. 36), 22) Postumius (nr. 56), 23) C. Scribonius Curio (nr. 185), 24) L. Sempronius Atratinus (nr. 17), 25) Pompaedius Silo (nr. 198), 26) C. Sosius (nr. 21), 27) C. Sosius (nr. 200), 28) Q. Statilius(?) (nr. 201), 29) P. Ventidius Bassus (nr. 212). Non multo ante pugnam Actiacam ab Antonio defecerant 30) Q. Dellius (nr. 127), 31) Q. Didius (nr. 31), 32) Cn. Domitius Ahenobarbus (nr. 20), 33) M. Iunius Silanus (nr. 47), 34) L. Munatius Plancus (nr. 7), 35) M. Titius (nr. 24), 36) M. Valerius Messalla Corvinus (nr. 23).

At Octaviano praeter illos ab aliis transgressos hi senatores auxiliati videntur: 1) Q. Aelius Tubero (nr. 60), 2) Paullus Aemilius Lepidus (nr. 18), 3) C. Antistius Vetus (nr. 27), 4) Q. Attius Varus (nr. 80), 5) L. Autronius Paetus (nr. 19), 6) Caecina (nr. 86), 7) C. Calvisius Sabinus (nr. 11), 8) C. Caninius Rebilus (nr. 92), 9) T. Carisius (nr. 94), 10) C. Carrinas (nr. 6), 11) Ap. Claudius Pulcher (nr. 101), 12) L. Cornelius Balbus maior (nr. 118), 13) L. Cornelius Balbus minor (nr. 53), 14) L. Cornificius (nr. 125), 15) C. Fonteius Capito (nr. 137), 16) Fufius Geminus (nr. 140), 17) C. Furnius (nr. 141), 18) Q. Laronius (nr. 148), 19) M. Licinius Crassus (nr. 42), 20) M. Lurius (nr. 38), 21) L. Marcius Philippus (nr. 156), 22) Mindius Marcellus (nr. 159), 23) M. Nonius Gallus (nr. 16), 24) C. Norbanus

, 2, a, b.) Flaccus (nr. 12), 25) C. Oppius (nr. 167), 26) S. Peducaeus (nr. 173), 27) Cn. Pompeius (nr. 25), 28) M. Servilius Rullus (nr. 193), 29) T. Sextius (nr. 197), 30) T. Statilius Taurus (nr. 14), 31) L. Tarius Rufus (nr. 48), 32) Titinius (nr. 206), 33) M. Tit(t)ius (nr. 208), 34) M. Valerius Messalla Potitus (nr. 22), 35) Valerius Messalla Potitus (nr. 211), 36) 37) Vibii Visci (nr. 215/6), 38) M. Vipsanius Agrippa (nr. 13).

Octaviani amicorum igitur numero cum adversariorum comparato, sequitur, ut quadraginta quinque Caesarianis quinquaginta quattuor Antoniani atque undeviginti senatores libertati faventes tum restiterint. Quibus numeris quamquam illius aetatis senatus non multo maior quam decima pars demonstratur, tamen factionum status atque comparatio, quae ante certamen erant, satis dilucide ostentatur.

Senatu vero tam adversario Augustus victoria parta non nisi in Caesaris interfectores nonnullosque alios maximam severitatem adhibuit. Mortui tum sunt e Caesaris percussorum numero Cassius Parmensis (nr. 34) et P. Turullius (nr. 35), e ceterorum multitudine adversaria duo Aquilli Flori (nr. 71/2), C. Scribonius Curio (nr. 185); P. Canidius Crassus (nr. 9) manus ipse post pugnam Actiacam sibi attulit, M. Aemilius Lepidus (nr. 61) a. 724/30 coniuratione facta occisus est. M. Aemilius Scaurus neci quoque destinatus, matris precibus servatus est (nr. 63). Ceterum princeps clementem se praebuit. Ne Asiniis Pollionibus, A. Cascelliis, L. Corneliis Cinnis quidem, quamvis liberae reipublicae studium omnino non celarent, iniquus fuit (cf. nr. 8, 51, 119), atque etiam L. Sestium Quirinum et Cn. Calpurnium Pisonem eiusdem factionis tanti aestimavit, ut eis non petentibus summos honores deferret (nr. 54, 52).

Ut autem Octavianus viros suas ipsius partes iam diutius secutos illis brevi ante demum transgressis praetulerit, ex ipsa rei natura sequitur. Itaque ex istis

